

PANAETII RHODII  
FRAGMENTA

COLLEGIT TERTIOQUE EDIDIT

MODESTUS VAN STRAATEN O.E.S.A.

EDITIO AMPLIFICATA



LEIDEN  
F. I. BRILL

# PHILOSOPHIA ANTIQUA

A SERIES OF MONOGRAPHS  
ON ANCIENT PHILOSOPHY

EDITED BY

W. J. VERDENIUS AND J. H. WASZINK

VOLUME V

MODESTUS VAN STRAATEN O.E.S.A

PANAETHI RHODII FRAGMENTA



LEIDEN  
E. J. BRILL  
1962

# PANAETHI RHODII FRAGMENTA

COLLEGIT TERTIOQUE EDIDIT

MODESTUS VAN STRAATEN O.E.S.A. **PANAETHI**

EDITIO AMPLIFICATA



LEIDEN  
E. J. BRILL  
1962

FILOL. CLASICA
UNIV. DE MADRID
RES.: 3704
CLAS.: 10
SIGN.: I-1



Editio prima 1946

Editio altera 1952

## PRAEFATIO

Omnia fere *indicia* de Panaetii Rhodii vita et scriptis in litteris graecis et latinis reperta anno MDCCCII collegit F. G. van Lynden<sup>1)</sup>; librorum autem Panaetii *fragmenta*, in quantum potuit, anno MDCCCLXXXV typis expressit H. N. Fowler<sup>2)</sup>. Uterque auctor magna quidem diligentia opus suum confecit, sed eorum libri adeo obsoleverunt, ut ab omnibus in philosophia antiqua eiusque historia quoquo modo versantibus nova editio omnium indiciorum et fragmentorum Panaetii Rhodii diu desideretur<sup>3)</sup>. Haud inutilem ergo mihi visus sum laborem suscipere novum Panaetii fragmentorum corpus componens.

Ideo iam anno MCMXLVI novam editionem criticam omnium indiciorum et fragmentorum Panaetii paravi et typis describendam curavi. Quae editio, ut pars tertia operi meo de Panaetii vita scriptis doctrina<sup>4)</sup> inserta, nunc divendita est; quare altera editio edenda.

Corpus autem componens quam rationem secutus sim, in opere allato accurate multisque verbis explanare conatus sum; ideo nunc paucis res absolvi posse videtur.

Maxime mihi persuasum erat prorsus *omnia* de Panaetii vita, scriptis, doctrina, discipulis indicia et fragmenta, quoad fieri posset, esse colligenda; integritas enim ac plenitudo corporis panae-tiani imprimis ab omnibus exigi possunt. Deinde autem nonnisi *certa vel fere certa* Panaetii indicia et fragmenta corpori inserenda putabam. Malebam enim pauciora dare quam Panaetii sententiis aliena miscere.

<sup>1)</sup> F. G. van Lynden, Disputatio historico-critica de Panaetio Rhodio Philosopho Stoico, diss. Lugduni Batavorum, 1802.

<sup>2)</sup> H. N. Fowler, Panaetii et Hecatonis librorum Fragmenta, diss. Bonnae, 1885.

<sup>3)</sup> F. Susemihl, Geschichte der Griechischen Litteratur in der Alexandrinerzeit, II, Leipzig, 1892, pag. 63, Anm. 12. — F. Ueberweg-K. Praechter, Die Philosophie des Altertums, Berlin, 1926, pag. 476. B. N. Tatakis, Panétius de Rhodes, Paris, 1929, pag. 43. — Omnibus etiam qui editionem primam, a me anno MCMXLVI evulgatam, percensuerunt, novum corpus panae-tianum exoptatum fuit.

<sup>4)</sup> Modestus van Straaten O.E.S.A., Panétius, sa vie, ses écrits et sa doctrine, avec une édition des fragments, Amsterdam, 1946.

X-30-302835-0

Copyright 1962 by E. J. Brill, Leiden, Netherlands

All rights reserved. No part of this book may be reproduced or translated in any form, by print, photoprint, microfilm or any other means without written permission from the publisher

Quare primo, ut necesse fuit, textus omnes in litteris graecis et latinis repertos de Panaetio *ipsius nomine adscripto* loquentes accepi. In iis colligendis magnae difficultates non fuerunt.

Nemo autem non novit multos viros doctos in dissertationibus suis nonnullos auctorum posteriorum libros Panaetio tribuisse. Ut autem in opere meo, quod supra nominavi, diligenter explanare conatus sum <sup>1)</sup>, argumenta ab iis allata saepius non sunt ea, quae certum faciant illos auctorum posteriorum libros Panaetii nostri doctrinam vel eius scriptorum partes revera continere. Illic igitur textus illos quamquam a nonnullis Panaetio aliqua ex parte adscriptos inter fragmenta non accepi.

Propterea e secundo Ciceronis de Natura Deorum libro editioni Panaetii fragmentorum nonnisi caput 46, 118 inserendum putabam, in quo nomen Panaetii a Cicerone expresse adscribitur. Argumenta dedi in libro meo allato, pag. 240-255. Ex iis autem qui librum meum percensuerunt, nonnulli etiam nunc arbitrantur magnam partem Ciceronis libri secundi de Natura Deorum inter fragmenta Panaetii accipiendam esse <sup>2)</sup>. Attamen examinatis rationibus quae ab iis afferuntur atque praeterea denuo perquisitis argumentis a R. Philippson <sup>3)</sup> et a meipso iam anno MCMXLVI datis, a sententia mea desistere non potui. Ceterum et Max Pohlenz, quamquam in sua sententia manens, mihi scripsit meam hac in re cautionem se improbare non posse.

E Ciceronis quoque Tusculanarum Disputationum et de Finibus Bonorum et Malorum libris nonnisi ea fragmenta accepi, quae nomen Panaetii adscriptum habent. Quod mirum videri potest iis, qui nonnullorum dissertationes hac de re legerint. Propter rationes autem in libro meo iam expositas plures textus ex his Ciceronis libris inter Panaetii fragmenta tuto collocari non posse mihi videbantur <sup>4)</sup>. Ab iis qui librum meum percensuerunt hac in re nova argumenta allata non sunt.

Nonnumquam autem ex rationibus vel internis vel externis satis certum esse videbatur auctores posteriores quasdam Panaetii scriptorum partes suis libris inseruisse vel saltem eius doctrinam aliqua ex parte rettulisse. Ita omnibus constat Ciceronis primum et secundum de Officiis libros multa praebere quae Panaetio auctori

<sup>1)</sup> O.a. pag. 229-321.

<sup>2)</sup> M. van den Bruwaene, *L'Antiquité classique*, XV (1946), pag. 332; Max Pohlenz, *Gnomon* 1949, pag. 115-116.

<sup>3)</sup> *Symbola Osloensia*, XXI-XXIII (1946).

<sup>4)</sup> O.a. pag. 285-294.

adscribenda sint. Idem dicendum de magna parte secundi Ciceronis libri de Divinatione.

Utrum corpori panaetiano illi textus inseri possint et debeant necne, facile dici non potest. Primo enim affirmare non audeo satis certe semper discerni posse *quaenam* in iis libris Panaetii sint, quae vero Ciceronis sive aliorum. Deinde autem de textibus in iis libris *certo* a Panaetio provenientiibus rogandum est, *quomodo* editioni nostrae inseri possint. Novam enim editionem fere totius e.g. Ciceronis libri de Officiis in corpore fragmentorum dari non posse, nemo est qui dubitet.

Quare, quoties constare videbatur quendam posterioris auctoris librum praebere aliqua quae Panaetii sint, inter fragmenta eas tantum partes libri accepi, quae omnino certe Panaetio adscribi possunt quaeque ad Panaetii doctrinam rite cognoscendam necessariae esse videntur <sup>1)</sup>. Eo modo plenitudinem corporis panaetiani quam maxime me perficere putabam.

Plutarchum in libro *περὶ εὐθυμίας* aliqua saltem praebere quae Panaetii sint negare non audeo; has autem partes a Panaetio quoquo modo provenientes ab aliis partibus certo discerni posse mihi non constat. Quapropter a Plutarchi *περὶ εὐθυμίας* libro textus inter fragmenta a me collocati non sunt <sup>2)</sup>.

Ex eisdem fere rationibus Philonis Iudaei de Aeternitate Mundi libri capita 78-88, quamquam Panaetii doctrinam haud dubie continent, non accepi <sup>3)</sup>. Econtra e Sexti Empirici primo *Adversus Dogmaticos* libro capita 253-257 corpori panaetiano inseri posse putabam propter rationes internas iam satis in libro meo pluries allato expositas <sup>4)</sup>.

Ex Indice Stoicorum Herculansenis prima in editione nonnisi textus expresse et omnino certo de Panaetio referentes inter fragmenta accepi. Rationibus autem imprimis a Pohlenz mihi explanatis adductus, in hac altera editione col. 55-77 integre ex recensione D. Comparetti (cum emendationibus a W. Croenert et M. Pohlenz datis) desumpsi et inter indicia collocavi <sup>5)</sup>. Me autem revisere totum papyrum Herculansensem, quod haud dubie necessarium putandum est, etiamnunc impossibile fuit.

\* \* \*

<sup>1)</sup> Vide Panétius, pag. 276-285. Quod pertinet ad Ciceronis libros de Divinatione vide *ibid.* pag. 257-259.

<sup>2)</sup> Vide Panétius, pag. 296-300.

<sup>3)</sup> *Ibid.* pag. 255-257.

<sup>4)</sup> *Fragm.* 91. — Vide Panétius, pag. 269-274.

<sup>5)</sup> *Fragm.* 1.

Fragmentorum corpus qui componere velit, in textibus constituendis ut omnino sui arbitrii sit, necesse esse non videtur. Fieri enim non potest ut qui fragmenta colligenda et digerenda suscepit, horum omnium textum suo Marte constituat. Quare omnium indiciorum et fragmentorum *textus* e novissimis auctorum allatorum editionibus nunc exstantibus desumpsi et cum apparatu critico editioni nostrae inserui.

Quae editiones hic sequantur:

- AMBROSIUS, De Officiis ministrorum, ed. G. Krabinger, Tübingen 1857.  
 ANONYMUS, Isagoge, ed. E. Maass, Commentariorum in Aratum Reliquiae, Berolini 1898.  
 ANTHOLOGIA PALATINA, ed. H. Stadtmueller, Lipsiae 1906.  
 SCHOLIA IN ARISTOPHANIS RANAS, ed. Fr. Dübner, Parisiis 1843.  
 ARNOBIUS, Adversus Nationes, ed. A. Reifferscheid, C.S.E.L. IV, Vindobonae 1875.  
 ASCLEPIUS, In Aristotelis Metaphysicorum libros A-Z Commentaria, ed. M. Hayduck, Commentaria in Aristotelem Graeca, VI, 2, Berolini 1888.  
 ATHENAEUS, Dipnosophistarum libri XV, ed. G. Kaibel, Lipsiae 1923.  
 CICERO, ed. „Scripta quae manserunt omnia”, Lipsiae 1918-  
 In speciali:  
 Brutus, ed. P. Reis, Lipsiae 1934.  
 De Oratore, ed. G. Friedrich, Lipsiae 1931.  
 De Divinatione, ed. O. Plasberg-W. Ax, Lipsiae 1938.  
 De Finibus Bonorum et Malorum, ed. Th. Schiche, Lipsiae 1915.  
 Lucullus, ed. O. Plasberg, Lipsiae 1922.  
 De Natura Deorum, ed. O. Plasberg-W. Ax, Lipsiae 1933.  
 De Officiis, ed. C. Atzert, Lipsiae 1949.  
 De Republica, ed. K. Ziegler, Lipsiae 1929.  
 Tusculanae Disputationes, ed. M. Pohlenz, Lipsiae 1918.  
 Textus autem e libris Ciceronis in hac editione Teubneriana nondum editis desumpsi ex editionibus sequentibus:  
 Oratio pro Murena, ed. A. C. Clark, Oxonii 1908.  
 De Legibus, ed. I. Vahlen, Lipsiae 1883.  
 Epist. ad Atticum, ed. L. C. Purser, Oxonii s.d.  
 CLEMENS ALEXANDRINUS, Stromateis, ed. O. Staehlin, G.C.S. Clemens II, Lipsiae 1906.  
 DIOGENES LAERTIUS, ed. G. Cobet, Parisiis 1862.  
 EPITOME DIOGENIS LAERTII, ed. V. Rose, Hermes I (1866).  
 ELIAS, In categorias Aristotelis, ed. A. Busse, Commentaria in Aristotelem Graeca, XVIII, I, Berolini 1900.  
 EPIPHANIUS, De Fide, ed. K. Holl, G.C.S. Epiphanius III, Lipsiae 1933.  
 EUSTATHIUS, Commentarii ad Homerum Odysseam, Lipsiae 1825.  
 GELLIUS, Noctes Atticae, ed. C. Hosius, Lipsiae 1937.  
 HORATIUS, Carmina, ed. F. Plessis-E. Galletier, Paris 1924.  
 LACTANTIUS, Institutiones Divinae, ed. S. Brandt-G. Laubmann, C.S.E.L. XIX, Vindobonae 1890.  
 LYDUS, De mensibus, ed. R. Wuensch, Lipsiae 1898.  
 MICHAEL APOSTOLIUS, ed. E. L. Leutsch, Corpus Paroemiogr. Graecorum II, Göttingen 1851.  
 NEMESIUS, De hominis natura, ed. C. Matthaei, Halae Magdeburg 1802.

- PHILO IUDAEUS, De Aeternitate Mundi, ed. L. Cohn-S. Reiter, VI, Berolini 1915.  
 PLINIUS, Naturae Historiae, ed. C. Mayhoff, Lipsiae 1892-1909.  
 PLUTARCHUS, Moralia, ed. C. Hubert e.a. Lipsiae 1925-  
 E libris moralibus in hac editione nondum emissis *textus* desumpsi ex ed. G. Bernardakis, Lipsiae 1888-1896.  
 Vitae, ed. C. Lindskog-K. Ziegler, Lipsiae 1914-1926.  
 POMPONIUS PORPHYRIO, Commentum in Horatium Flaccum, ed. A. Holder, ad Aeni Pontem 1894.  
 PROCLUS DIADOCHUS, In Platonis Timaeum, ed. E. Diehl, Lipsiae 1903-1906.  
 RUFINUS, Commentaria in metra Terentiana, ed. H. Keil, Grammatici Latini VI, Lipsiae 1923.  
 SENECA, Epistulae Morales ad Lucilium, ed. A. Beltrami, Romae 1931.  
 Quaestiones Naturales, ed. P. Oltramare, Paris 1929.  
 SEXTUS EMPIRICUS, Adversus Dogmaticos, ed. H. Mutschmann, Lipsiae 1914.  
 STOBAEUS, Eclogae, ed. C. Wachsmuth-O. Hense, Berolini 1884-1923.  
 STRABO, Geographia, ed. A. Meineke, Lipsiae 1915-1925.  
 SUIDAS, Lexicon, ed. Ada Adler, Lipsiae 1928-1938.  
 SYMMACHUS, Laudatio in Gratianum Augustum, ed. O. Seeck, M.G.H. (A. Ant.) VI, Berolini 1883.  
 Epistulae, ed. O. Seeck, *ibid.*  
 TERTULLIANUS, De Anima, ed. J. H. Waszink, Amsterdam 1947.  
 THEMISTIUS, Orationes, ed. G. Dindorf, Lipsiae 1832.  
 VELLEIUS PATERCULUS, Historia, ed. R. Ellis, Oxonii 1889.  
 INSCRIPTIONES desumpsi ex editionibus, quae sequuntur:  
 INSCRIPTIONES GRAECAE II, 2, Berolini 1890.  
 G. DITTENBERGER, Sylloge Inscriptionum Graecarum II (3) Lipsiae 1917.  
 Textus e STOICORUM INDICE HERCULANENSI desumpsi ex editione a D. Comparetti evulgata in Rivista di Filologia, III, 1875. Columnas autem 56 et 60 transscripti ex editione a W. Croenert data in Sitzungsberichte der Berliner Akademie, 1904, pag. 476-478, sed in transscribenda columna 56 emendationes ab Hiller von Gaertringen M. Pohlenz datas (Die Stoa II, pag. 97) inserui.
- De ordine fragmentorum haec tantum dicenda: *textus* singulos, quamquam per totam editionem numerantur, ex eorum argumento capitibus assignavi. Quae capita sunt sequentia:
- |   |    |
|---|----|
| I — De Vita Panaetii (Fragm. 1-32) .....                | 3  |
| II — De Libris a Panaetio scriptis (Fragm. 33-51) ..... | 11 |
| III — De Panaetii Doctrina (Fragm. 52-64) .....         | 16 |
| IV — De Mundo (Fragm. 64-78) .....                      | 19 |
| V — De Homine (Fragm. 79-89) .....                      | 26 |
| VI — De Cognitione (Fragm. 90-95) .....                 | 30 |
| VII — Fragmenta Moralia (Fragm. 96-117) .....           | 33 |
| VIII — De Republica (Fragm. 118-122) .....              | 46 |
| IX — Textus diversi (Fragm. 123-136) .....              | 48 |
| X — De Panaetii Discipulis (Fragm. 137-164) .....       | 53 |
| APPENDIX (Fragm. 165) .....                             | 58 |

Nonnulla autem fragmenta tale argumentum habere apparebat, ut pluribus capitibus iure assignari possent. Rogandum ergo erat, cuinam capitulo hi textus revera inserendi essent. Iis in casibus plura responsa dari posse mihi constabat; omnibus autem perpensis optimum mihi visum est textus illos primo ponere in illum locum, cui *quam maxime* et *toti* apti esse viderentur. Hic locus est fragmenti *locus principalis*. In aliis locis autem idem textus, sive totus sive ex parte, positus est cum proprio quidem numero, sed semper numerum loci principalis adscriptum habens (e.g. Fragm. 139 = 47).

*Textus dubii* plerumque aliquam similitudinem praebent cum fragmentis certis; quin etiam haec similitudo saepius ratio est, cur aliqui textus saltem dubie Panaetio adscribi possint. Qui textus dubii positi sunt ideo sub illo fragmento certo, cuius argumentum argumento fragmenti dubii maxime convenire videbatur, cum eodem numero ac fragmentum certum habet, adiuncta tamen littera a, b, etc.

Haec sufficiant de ratione quam corpus panaetianum componens secutus sum.

Harlemi  
a.d. VII Kal. Dec.  
Anno MCMLI

MODESTUS VAN STRAATEN O.E.S.A.

## SUPPLEMENTUM SUPERIORIS PRAEFATIONIS

Decennio fere intermisso iterum recensenti mihi *Panaetii Rhodii Fragmenta* tamquam commilitones fuere viri doctissimi qui priores meas editiones Corporis Panaetiani diiudicaverunt. Quorum nempe observationes criticas emendationes correctiunculas quantum potui huic tertiae recensionis inserui. Auctorum in fragmentis allatorum novas editiones, si quae ultimo decennio in lucem prodierant, textum constituens adhibui.

De his editionibus priori elencho addendis singillatim agere necesse esse non videtur; de nova tamen editione *Indicis Stoicorum Herculanensis* pauca dicenda: Papyrus Herculanensem 1018 Stoicorum Indicem continentem anno 1875 edidit D. Comparetti<sup>1)</sup>, qui patientia studio auctoritate fide papyrus eiusque apographon Neapolitanum cum contulisset mendasque permultas quae in apographo essent, emendasset, optime meritis est. Multa tamen incerta perspicere nequivit neque tempus habuit omnia plane pervestigandi. Qua de causa W. Croenert saepius Indicis columnas quasdam emendavit<sup>2)</sup>, se novam papyri editionem esse facturum pollicitus, quam tamen numquam perfecit. In altera igitur Corporis Panaetiani editione fragmenta Stoicorum Indicis e recensione D. Comparetti desumpsi, adhibitis emendationibus a W. Croenert (et Hiller von Gaertringen) datis, statuens tamen papyrus necessario revisendum.

Anno 1952 Augustus Traversa novam editionem papyri Herculanensis 1018 in lucem protulit, qua, auxiliis permultis adhibitis, papyro accurate Neapoli collata, columnas fragmenta columnarum reliquias quae extarent omnia edenda curavit<sup>3)</sup>. Hac ergo in tertia Corporis Panaetiani editione fragmenta Stoicorum Indicis e recensione Augusti Traversa desumpsi; apparatus tamen critico coniecturas a viro clarissimo Max Pohlenz anno 1955 propositas<sup>4)</sup> inserere placuit.

<sup>1)</sup> *Papiro Ercolanese Inedito*, Rivista di Filologia, III (1875), p. 449-559.

<sup>2)</sup> *Eine attische Stoikerinschrift*, Sitzungsber. Preuss. Akad. der Wissensch. Berlin 1904, p. 472-483. — *Memoria Graeca Herculanensis*, Lipsiae 1903.

<sup>3)</sup> Augustus Traversa, *Index Stoicorum Herculanensis*, Public. dell'Istituto di Filol. Class. Università di Genova, Genuae 1952.

<sup>4)</sup> Max Pohlenz, *Die Stoa II*<sup>2</sup>, Göttingen 1955, p. 237-238.

Quod attinet ad *ordinem* fragmentorum dicendum col. LV usque ad LXXIII de Vita Panaetii tractantes ut in altera editione initio collectionis positae esse (Fragm. 1); e contra col. LXXIII usque ad LXXVII de Panaetii discipulis agentes ad calcem collectionis Cap. X inserui (Fragm. 164).

Haec sufficiant de novis auctorum editionibus hac in tertia recensione Corporis Panaetiani adhibitae. Nova tabula harum editionum postremae huic praefationi inserta est.

Ex iis autem qui libros meos annis 1946 et 1952 editos percensuerunt nonnulli Corpus Panaetianum a me compositum nondum completum esse arbitrabantur novaque fragmenta inserenda proposuerunt. Singula inspiciamus.

1. — Vir clarissimus D. Kuyper, in Universitate calvinistica Amstelodamensi linguae latinae professor ordinarius, animum meum advertere voluit ad versum 46 e *Sulpiciae Fabella* in Epigrammatibus Bobiensibus reperta, relationem Panaetium inter et Scipionem referentem. Ne numerorum ordinem perturbarem, fragmentum numero 15 *cum asterisco* notatum collectioni inserui.

2. — Porphyrii *In Claudii Ptolemaei Harmonica Commentarii*, etsi iam anno 1932 a viro clarissimo Ingemaro Düring iterum editi<sup>1)</sup>, me componentem Corpus Panaetianum nescio quo modo bis effugerunt. Quare pergratum mihi fecerunt viri doctissimi L. Edelstein, F. H. Sandbach, B. L. Heymans qui percensentes meas fragmentorum editiones<sup>2)</sup> Panaetium quemdam aliquoties a Porphyrio nominatum monstrarunt. Saltem quattuor textus e Porphyrii libris desumptos inter fragmenta collocandos existimarunt.

Textus Panaetii nomen continentes quoquo modo collectioni nostrae inserendos esse satis mihi constat. Ne autem desistam a proposito meo potius pauciora dare quam Panaetii sententiis aliena miscere, quaerendum num Panaetius ille a Porphyrio quater nominatus revera sit philosophus noster. Quod tamen pro certo affirmare non audeo. Porphyrius quidem ut Suidas<sup>3)</sup> Panaetium suum *iunio*rem vocat, sed possibile mihi videtur Suidam, cum saeculo decimo lemma Panaetii componens omnia prorsus indicia colligeret,

<sup>1)</sup> Göteborgs Högskolas Årsskrift XXXVIII, Göteborg 1932.

<sup>2)</sup> American Journal of Philology LXXI (1950), p. 78-83 (L. Edelstein); Journal of Hellenic Studies XXIV (1955), p. 234 (F. H. Sandbach); Mnemosyne (1954), p. 257-258 (B. L. Heymans).

<sup>3)</sup> Fragn. 2.

cognomen „νεώτερος“, nusquam alibi in auctoribus graecis vel latinis Panaetio datum, e Porphyrio desumpsisse ac lemmati suo inseruisse. Quo in casu additio „νεώτερος“ omni vi probationis carere putanda est.

Accedit quod Porphyrius alio loco Panaetium suum *mathematicum* appellat: nullum autem fragmentum mihi notum est, ex quo colligi possit Panaetium nostrum ita mathematicae studuisse, ut ex ea disciplina cognomen sibi comparare potuisset. Neque ars musica, de qua disputat Porphyrius, usquam in fragmentis Panaetio adiudicatis edisseritur neque ullum indicium invenire potui Panaetium nostrum hac in arte versatum fuisse; quod enim fuit discipulus Diogenis Babylonii, qui scripsit de re musica<sup>1)</sup>, vix argumenti loco sumi potest<sup>2)</sup>.

Nonnulli observaverunt textus a Porphyrio Panaetio suo adiudicatos verba e Platonis operibus allata continere<sup>3)</sup>; Platonis autem doctrinae Panaetium nostrum studiosissimum fuisse nemo est qui non novit<sup>4)</sup>. Qui tamen *hinc* concludere velint Porphyrium argumentationem suam *nostro* Panaetio desumpsisse, longissime a probabili abesse mihi videntur.

Omnibus igitur perpensis textus e Porphyrii *In Ptolemaei libris de Harmonia Commentariis* desumptos nonnisi inter dubia fragmenta tuto collocari posse puto (Fragm. 136b, 136c, 136d, 136e).

3. — In prima Panaetii Fragmentorum editione satis copiose exponere conatus sum, cur duos textus ex Augustini libris *De Civitate Dei* (IV, 27 ac VI, 5) a pluribus Panaetio aliqua ex parte adiudicatos inter fragmenta tuto collocari non posse putarem<sup>5)</sup>. Scaevolam enim Panaetii discipulum fuisse quamquam satis constat<sup>6)</sup>, doctrinam eius de tribus deorum generibus ideo necessario Panaetio tribuendam esse vix credere potui. Saltem possibile putandum Scaevolam proprio Marte doctrinam composuisse vel ab aliis auctoribus desumpsisse<sup>7)</sup>. Accedit quod testimonium Epiphanius Panaetium in eorum qui deos esse negant numerum refe-

<sup>1)</sup> St. V. Fr. III Diogenes 57.

<sup>2)</sup> Contra Sandbach, l.l.

<sup>3)</sup> *Polit.* VII, 531a; *Tim.* 36a-b.

<sup>4)</sup> Fragn. 55-59.

<sup>5)</sup> p. 259-262.

<sup>6)</sup> Fragn. 144-145.

<sup>7)</sup> Alibi rationes explanare conatus sum, cur doctrinam a Scaevola propositam Platoni attribui posse putarem. Cf. *Notities over Scaevola's Godsdiensttheorie*, Tijdschr. voor Geschied. 1947, p. 236-242.

rentis<sup>1)</sup> vix Scaevolae de tribus deorum generibus doctrinae componi posse videtur. Quare mihi persuasum erat Panaetium Scaevolae hanc doctrinam proponenti auctorem fuisse nec probatum esse nec probabile.

Vir autem clarissimus Joseph Moreau, in Universitate Burdigalensi philosophiae professor, diiudicans priores meas Panaetii fragmentorum editiones, nova argumentatione duos Augustini textus aliquo modo Panaetio tribuendos probare conatus est<sup>2)</sup>. Epiphanius enim verba „ἔλεγε γὰρ φλήναρον εἶναι τὸν περὶ θεοῦ λόγον”<sup>3)</sup> tam similes esse putavit verbis Augustini „primum genus *nugatorium* dicit esse”<sup>4)</sup>, ut communis origo vix negari posset. Cum autem Epiphanius nomine adscripto verba Panaetio attribuerit, textus Augustini etiam Panaetio adiudicentur oportere doctissimus auctor existimavit.

Tantum admonebo verbum „nugatorium” ab Augustino adhibitum pertinere non nisi ad religionem poetarum (primum genus . . .), Epiphanium econtra testari Panaetium *omnem de deo locutionem* inanem putavisse. Textus revera similes essent, si Epiphanius scripsisset Panaetium narrationes de diis (τοὺς περὶ θεῶν λόγους) inanes dixisse.

Joseph Moreau Epiphanium non nisi primam partem fontis communis recitasse putavit. Quae observatio quamquam forte dubiae fidei Epiphanius congruens non ea videtur ut probare posset *totam* de tribus deorum generibus doctrinam, a Scaevola propositam et ab Augustino relata, Panaetio adscribendam esse. Qua ratione textus ex Augustini libris *De Civitate Dei* neque huic tertiae Corporis Panaetiani recensionis inserere ausus sum.

4. — Ob easdem fere rationes ac sub 2. expositas textum e Lydi libro *De mensibus*, ut certum fragmentum collectioni nostrae bis insertum, hac in tertia editione inter dubia collocavi<sup>5)</sup>. Econtra rationibus a Max Pohlenz mihi expositis ductus Fragmentum 4a, in prioribus editionibus inter dubia relatum, hac in editione ut certum indicium numero 4 *cum asterisco* notatum inserui.

Haec sufficiant de plenitudine ac integritate novae Corporis Panaetiani recensionis.

<sup>1)</sup> Fragm. 68.

<sup>2)</sup> Revue des Etudes Anciennes LV (1953), p. 183-184.

<sup>3)</sup> Fragm. 68.

<sup>4)</sup> *De Civ. Dei*, IV, 27.

<sup>5)</sup> Fragm. 136a.

Ut commodis eorum qui librum meum lecturi sunt consulerem, novum elenchum editionum hac in editione adhibitarum composui. Quae tabula hic sequatur:

- AMBROSIUS, De Officiis ministrorum, ed. G. Krabinger, Tübingen 1857.  
 ANONYMUS, Isagoge, ed. E. Maass, Commentariorum in Aratum Reliquiae, Berolini 1898.  
 ANTHOLOGIA PALATINA, ed. H. Beckby, München 1957-58.  
 SCHOLIA IN ARISTOPHANIS RANAS, ed. Fr. Dübner, Parisiis 1843.  
 ARNOBIUS, Adversus Nationes, ed. A. Reifferscheid, C.S.E.L. IV, Vindobonae 1875.  
 ASCLEPIUS, In Aristotelis Metaphysicorum libros A-Z Commentaria, ed. M. Hayduck, Commentaria in Aristotelem Graeca, VI, 2, Berolini 1888.  
 ATHENAEUS, Dipnosophistarum libri XV, ed. G. Kaibel, Lipsiae 1923.  
 CICERO, Oratio pro Murena, ed. A. C. Clark, Oxonii 1957.  
 Brutus, ed. P. Reis, Lipsiae 1934.  
 De Oratore, ed. G. Friedrich, Lipsiae 1931.  
 De Divinatione, ed. O. Plasberg-W. Ax, Lipsiae 1938.  
 De Finibus Bonorum et Malorum, ed. Th. Schiche, Lipsiae 1915.  
 De Legibus, ed. G. De Plinval, Parisiis 1959.  
 Lucullus, ed. O. Plasberg, Lipsiae 1922.  
 De Natura Deorum, ed. A. S. Pease, Cambridge-Massachusetts, 1955-58.  
 De Officiis, ed. C. Atzert, Lipsiae 1949.  
 De Republica, ed. K. Ziegler, Lipsiae 1958.  
 Tusculanae Disputationes, ed. M. Pohlenz, Lipsiae 1918.  
 Epistulae ad Atticum, ed. L. C. Purser, Oxonii 1958.  
 CLEMENS ALEXANDRINUS, Stromateis, ed. O. Staehlin, G.C.S. Clemens II, Lipsiae 1906.  
 DIOGENES LAERTIUS, ed. G. Cobet, Parisiis 1862.  
 EPITOME DIOGENIS LAERTII, ed. V. Rose, Hermes I (1866).  
 ELIAS, In categorias Aristotelis, ed. A. Busse, Commentaria in Aristotelem Graeca, XVIII, 1, Berolini 1900.  
 EPIGRAMMATA BOBIENSIA, ed. Franco Munari, Romae 1955.  
 EPIPHANIUS, De Fide, ed. K. Holl, G.C.S. Epiphanius III, Lipsiae 1933.  
 EUSTATHIUS, Commentarii ad Homeri Odysseam, Lipsiae 1825.  
 GELLIUS, Noctes Atticae, ed. C. Hosius, Lipsiae 1937.  
 HORATIUS, Opera, ed. F. Klingner, Lipsiae 1959.  
 INDEX STOICORUM HERCULANENSIS, ed. Augustus Traversa, Genuae 1952.  
 LACTANTIUS, Institutiones Divinae, ed. S. Brandt-G. Laubmann, C.S.E.L. XIX, Vindobonae 1890.  
 LYDUS, De mensibus, ed. R. Wuensch, Lipsiae 1898.  
 MICHAEL APOSTOLIUS, ed. E. L. Leutsch, Corpus Pseudoepigraph. Graecorum II, Göttingen 1851.  
 NEMESIUS, De hominis Natura, ed. C. Matthaei, Halae Magdeburg 1802.  
 PHILO IUDAEUS, De Aeternitate Mundi, ed. L. Cohn-S. Reiter, VI, Berolini 1915.  
 PLINIUS MAIOR, Naturalis Historia, ed. J. Beaujeu, Parisiis 1950.  
 PLUTARCHUS, Moralia, ed. C. Hubert e.a. Lipsiae 1925-  
 Fragmentum e Plutarchi libro In Hesiodum desumpsi ex ed. G. Bernardakis, Lipsiae 1888-1896.  
 Vitae, ed. C. Lindskog-K. Ziegler, Lipsiae 1914-1926.  
 POMPONIUS PORPHYRIO, Commentum in Horatium Flaccum, ed. A. Holder, ad Aeni Pontem 1894.



- PORPHYRIUS, In Ptolemaei Harmonica Commentarii, ed. I. Düring, Göteborg 1932.
- PROCLUS DIADOCHUS, In Platonis Timaeum, ed. E. Diehl, Lipsiae 1903-1906.
- RUFINUS, Commentaria in metra Terentiana, ed. H. Keil, Grammatici Latini VI, Lipsiae 1923.
- SENECA, Epistulae Morales ad Lucilium, ed. A. Beltrami, Romae 1931.  
Questiones Naturales, ed. P. Oltramare, Parisiis 1929.
- SEXTUS EMPIRICUS, Adversus Dogmaticos, ed. H. Mutschmann, Lipsiae 1914.
- STOBAEUS, Eclogae, ed. C. Wachsmuth-O. Hense, Berolini 1884-1923.
- STRABO, Geographia, ed. A. Meineke, Lipsiae 1915-1925.
- SUIDAS, Lexicon, ed. Ada Adler, Lipsiae 1928-1938.
- SYMMACHUS, Laudatio in Gratianum Augustum, ed. O. Seeck, M.G.H. (A. Ant.) VI, Berolini 1883.  
Epistulae, ed. O. Seeck, ibid.
- TERTULLIANUS, De Anima, ed. J. H. Waszink, Amsterdam 1947.
- THEMISTIUS, Orationes, ed. G. Dindorf, Lipsiae 1832.
- VELLEIUS PATERCULUS, Historia, ed. R. Ellis, Oxonii 1928.
- INSCRIPTIONES desumpsi ex editionibus quae sequuntur:  
Inscriptiones Graecae II, 2 Berolini 1938.  
G. DITTENBERGER, Sylloge Inscriptionum Graecarum II (3), Lipsiae 1917.

Culemborgi  
a.d. XI Kal. Mart.  
Anno MCMLXII

MODESTUS VAN STRAATEN O.E.S.A.

## SIGLA, ABBREVIATIONES

- In fragmento ex Ambrosii libro *De Officiis Ministrorum* sumpto:  
W = Würzburgensis (Ms. theolog. nr 7)  
Ma = Lat. Monac. 14641.  
Mb = Lat. Monac. 12663 sive Ranshofiensis 63.  
Mc = Lat. Monac. 17183.  
Md = Lat. Monac. 22047.  
Me = Lat. Monac. 13099.  
Mf = Lat. Monac. 2250.  
Mg = Lat. Monac. 18165.  
Ba = Bambergensis B II, 6.  
Bb = Bambergensis B II, 5.  
Bc = Bambergensis B II, 9.  
ed. Med. = ed. Mediolanensis per Christoph. Valdarfer, Ratisb. 1474.
- In fragmento ex Anonymi *Isagoge in Aratum* sumpto:  
V = Vaticanus 191, bombycinus S. XIV.
- In fragmento ex *Anthologia Palatina* sumpto:  
P = Palatinus 23 + Parisinus Suppl. gr. 384  
A = librarius Palatini.  
c = corrector Palatini.  
Pl. = Anthologia Planudea = Marcianus 481.  
Marc. = Marcianus 481.
- In fragmento e *Scholiis in Aristophanem* sumpto:  
Θ = cod. Florentinus Laurentianus 2779.  
Ald. = ed. Aldina, 1498.
- In fragmento ex Arnobii libro *Adversus Nationes* sumpto:  
P = codex olim Romanus, inde a Francisci primi aut Henrici secundi aetate Parisinus n. 1661.  
Urs = Fulvius Ursinus et amici in editione Romana a. 1583.
- In fragmento e Ciceronis *Pro Murena* sumpto:  
Σ = codex Paris. 14749, olim S. Victoris 91.  
A = codex Laur. XLVIII, 10, A.D. 1415' a Joanne Arretino scriptus (Lag. 10).
- In fragmentis e Ciceronis *Brutus* sumptis:  
L = consensus codicum F.O.G.B.  
F = cod. Florentinus (conv. S. Marci) I 1, 14 a. 1422 aut 1423  
O = cod. Ottobonianus 2057 a. 1422.  
G = cod. Neapolitanus IV A 44 a. 1422 aut 1423.  
B = cod. Ottobonianus 1592 a. 1422.  
γ = cod. Laurentianus 50, 19.  
π = cod. Laurentianus 50, 31.
- In fragmentis e Ciceronis *De Divinatione* libris sumptis:  
A = Vossianus 84.  
H = Heinsianus 118.  
P = Palatinus 1519.

- V = Vindobonensis 189.  
 B = Vossianus 86.  
 F = Florentinus Marcianus 257.  
 A<sup>1</sup> = A prima manus.  
 A<sup>2</sup> = A recentior manus.  
 A<sup>p</sup> = A primitus.  
 A<sup>c</sup> = A e correctione vel primae vel recentioris manus.  
 [A<sup>1</sup>] = A quid habuerit, obscurum.  
 C = Cratandrina 1528.  
 B<sub>1</sub> = Veneta 1471.  
 B<sub>2</sub> = Veneta 1496.  
 t = Ciceronis opera edd. Orelli-Baiter-Halm, Turici 1862 (div. ed. Christ).  
 b = Ciceronis opera edd. Baiter-Kaiser, Lipsiae 1863.  
 m = Ciceronis opera ed. C. F. W. Müller, Lipsiae 1910.  
 Dav. = Davisius 1730.  
 Hol. = Cic. div. ed. J. J. Hottinger, Lipsiae 1793.  
 Lamb. I = Lambinus 1565.  
 Man. = Paulus Manutius 1541 ss.  
 Mar. = Marsus 1508.  
 Mdv. = Cic. fin. ed. Madvig<sup>3</sup> 1876.  
 Neue. = Neue-Wagener, Formenlehre der lateinischen Sprache<sup>3</sup>.  
 Pe. = Cic. div. ed. A. St. Pease, University of Illinois 1920-23.  
 Pl. = Plasberg.  
 Thor. = Thoresen Nordisk Tidsskrift 3 ser. 2. 1894. — Idem ed. div. 1894.  
 Va. = Vahlen.

In fragmentis e Ciceronis *De Finibus B. et M.* libris sumptis:

- A = Palatinus 1513.  
 B = Palatinus 1525.  
 E = Erlangensis 847.  
 R = Rottendorffianus.  
 N = Neapolitanus IV G 43.  
 V = Vaticanus 1759.

In fragmentis e Ciceronis *De Legibus* libris sumptis:

- A = cod. Vossianus A 84.  
 B = cod. Vossianus B 86.  
 G = cod. Gandavus 68.

In fragmentis e Ciceronis *Lucullus* sumptis:

- A = Vossianus 84.  
 V = Vindobonensis 189 (deficit inde a 32, 104).  
 N = Nostradamensis Parisinus 17812 adhibitus ubi deficit V.  
 B = Vossianus 86.  
 A<sup>p</sup> = A<sup>1</sup> primitus.  
 A<sup>c</sup> = A<sup>1</sup> e correctione.  
 A<sup>p</sup> A<sup>c</sup> A<sup>2</sup> = dubium utrum A<sup>p</sup> an A<sup>1</sup>, A<sup>c</sup> an A<sup>2</sup>, A<sup>2</sup> an A<sup>3</sup>.  
 A<sup>1</sup> = A lectione incerti sed veri simile.  
 Ern. = Ernesti 1776.  
 Pl. = Plasberg 1908 vel 1921.  
 Goer. = Goerenz 1810.

In fragmentis e Ciceronis *De Natura Deorum* libris sumptis:

- A = Vossianus 84.

- H = Heinsianus 118.  
 P = Palatinus 1519.  
 V = Vindobonensis 189.  
 B = Vossianus 86.

In fragmentis e Ciceronis *De Officiis* libris sumptis:

- Q = Parisinus 6347 saec. VIII/IX mutilus, continens 2, 72 — 3, 11.  
 B = Bambergensis MV, 1 saec. IX/X.  
 H = Herbipolitanus saec. IX/X raro commemoratus propter affinitatem cum V.  
 V = Vossianus Q 71 saec. IX/X.  
 P = Parisinus 6601 saec. IX/X.  
 b = Bernensis 391 saec. X raro commemoratus propter affinitatem cum P.  
 L = Harleianus 2716 saec. IX/X.  
 c = Bernensis 104 saec. XII/XIII. } X  
 p = Palatinus 1531 saec. XIII. }  
 T = Tricassensis 552 saec. XIV, liber Petrarcae.  
 F = Ambros. F 42 saec. XII/XIII.  
 K = Hadoardi excerpta *Vindobonensis* 265 saec. XII/XIII, *Bruxellensis* saec. XII/XIII. } S  
 N = Nicaeanus saec. XII/XIII. } aut omnes, aut  
 alii permultis in apparatu non suo quique } singuli  
 nomine designati.

Omnium archetypum littera ω significavit Atzert.

- Ambr(osius)* de Officiis ed. Krabinger Tüb. 1857.  
*Ar(nim)* Stoicorum veterum fragmenta.  
*Bae(hrens)* Beitr. zur Syntax Philol. Suppl. XII, 235 sqq.  
*Bai(ter)<sup>1</sup>, Bai(ter)<sup>2</sup>* ed. Turic. et Tauchn.  
*Dietrich* Fleckeis. Annal. LXXXIX (1864) p. 529.  
*Ga(ffiot)<sup>1</sup>* Pour le vrai Latin, Paris 1906.  
*Ga(ffiot)<sup>2</sup>* Subjonctif de subordination, Paris 1906.  
*Go(ldbacher)<sup>1</sup>* Zur Kritik von Ciceros Schrift de officiis. Über den unvollendeten Zustand derselben. Wien. Akad. 1921.  
*Go(ldbacher)<sup>2</sup>* Zur Kritik von Ciceros Schrift de officiis. Beiträge zur Kritik und Erklärung. ibid. 1922.  
*Haupt* Ind. lect. Gott. 1857.  
*Ju(ngblut)<sup>1</sup>* Die Arbeitsweise Ciceros im I. Buch über die Pflichten, Progr. Lessing Gymn. Frankf. 1907.  
*Kr(affert)* Zur Kritik und Erklärung lat. Autoren III, Aurich 1883.  
*Le(breton)* Etudes sur langue et gramm. de Cicéron, Paris 1901.  
*Lörcher (Lv)* Fremdes und Eigenes in Cicero de Fin. Halle 1911.  
*Madu(ig)* Cicero de Finibus, Hauniae 1876.  
*Müller* editio Lips. 1882.  
*Mo(lluweide)<sup>1</sup>* Textkrit. Beiträge zu Ciceros Off. Wien. Stud. XXVII ff. — Die Entstehung der Cicero Exzerpte des Hadoard. *ibid.* XXXIII-XXXV p. 274 ff.  
*Mo(lluweide)<sup>2</sup>* Sprichwörter der Römer, Leipzig 1890.  
*Otto* Beitr. z. Kenntnis der Entwicklung des Cic. Stils, Landshut 1910.  
*Pa(rzinger)* editio Teubn. fasc. I et II.  
*Pl(asberg)* dissert. Erlang. 1883.  
*Popp I*

- Popp II*            progr. Erlang. 1886.  
*Ri(bbeck)*        Scaen. poes. fragm.  
*Sab(badini)*    I codici Trivulziani, Milano 1908; eiusdem editio Torini 1911.  
*Sch(wppe)*       de anacoluthis Ciceron. diss. Berol. 1860.  
*Sj(ögren)*        Comment. Tulliana, Leipzig 1910.  
*U(nger)*         Philologus suppl. III p. 1 sqq.  
*We(idner)*       Die Interpolation in Cicero de offic. Magdeb. 1872.
- In fragmentis e Ciceronis *De Republica* libris sumptis:  
 P = cod. Vaticanus lat. 5757<sup>1</sup>.  
 p = corrector codicis.  
 A B C etc. = scriptura primaria codicis.  
 a b c etc. = scriptura correctoris.  
 λ = A lineola transversa deleta.  
 λ<sup>1</sup> = A lineola transversa deleta et expuncta.
- In fragmentis e Ciceronis *Tusculanis Disputationibus* sumptis:  
 Memoria X:  
 G = Guelferbytanus Gud. 294.  
 K = Cameracensis 842.  
 R = Parisinus Regius 6332.  
 V = Vaticanus 3246.  
 H = Hadoardi excerpta quae leguntur in Vat. Reg. Suec. 1762.  
 B = Bruxellensis 5351, 2.  
 Gr = Gryphianus.  
 M = Ambrosianus T. 56 sup. } raro allati.  
 P = Palatinus 1514.  
 X = G K R V et (ubi excerpta extant) H.  
 Altera memoria (Y): recuperatur e correcturis Vaticani (V<sup>1</sup> V<sup>2</sup>) et e recentioribus codicibus (S).  
 Ω = consensus omnium codicum.
- In fragmento ex Eliae libro *In categorias Aristotelis* sumpto:  
 H = Hamiltonianus 382.  
 K = Marcianus 599.  
 P = Parisinus 1900.
- In fragmento ex Epiphani libro *De Fide* sumpto:  
 J = Jenensis mscr. Bose 1.
- In fragmentis e Gellii libro *Noctes Atticae* sumptis:  
 N = cod. Magliabecchianus 329 saec. XV.  
 O = cod. Reginensis 597 saec. X.  
 Π = cod. Reginensis 1646 saec. XII.  
 X = cod. Vossianus Lat. F 112 saec. X.  
 γ = archetypus codicum N O Π X.  
 B = cod. Bernensis 404 et Ultraiectinus Aevum vetus. Scriptorum graeci 26 saec. XII.  
 Q = cod. Parisinus 8664 saec. XIII.  
 Z = cod. Vossianus Lat. F 7 saec. XIV.  
 δ = archetypus codicum (B) Q Z.  
 ω = consensus codicum aut omnium aut reliquorum.  
 S = codices deteriores, inter quos U = Urbin. 309.  
 Gr. = Gronovius.  
 Sk. = Skutsch.

- In fragmento e Lactantii libro *Divinae Institutiones* sumpto:  
 B = cod. Bononiensis 701 saec. VI/VII.  
 H = cod. Palatino—Vaticanus 161 saec. X.  
 P = cod. Parisinus Puteani 1662 saec. IX.  
 R = codicis Parisini Regii 1663 pars antiqua saec. IX.  
 S = codicis Parisini 1664 pars antiqua saec. XII.  
 V = cod. Valentianensis 140 saec. X/XI.
- In fragmento ex libris *Michaëlis Apostolii* sumpto:  
 A = cod. Arsenii Parisinus 3058.  
 R = Rhedigeranus I.  
 Z = editio Apostolii Pantiniana.
- In fragmentis e Nemesii *De Natura hominis* libro sumptis:  
 A1 = Illustris Augustanae reipublicae I in folio saec. XV.  
 A2 = cod. Augustanus saec. XI/XII.  
 A3 = cod. Augustanus 3.  
 D1 = cod. Dresdensis bibliothecae Electoralis 1.  
 Ox. = Ed. Oxoniensis e theatro Sheldoniano 1671.  
 Con. = Versio Latina Joannis Consuis Argentorati 1512.  
 Vall. = Versio Latina Georgii Vallae, Lugduni 1533.  
 Jo. = Joannis Damasceni tomum primum editionis Lequien.
- In fragmento e Philonis Judaei *De Aeternitate Mundi* libro sumpto:  
 M = Laurentianus X 20.  
 U = Vaticanus graecus 381.  
 H = Venetus graecus 40.  
 P = Petropolitanus XX Aa 1.  
 Turn. = Turnebus.  
 v = lectio vulgata.
- In fragmentis e Plinii libris *Naturarum Historiae* sumptis:  
 a = cod. Vindobonensis 234.  
 Detl. = ed. D. Detlefsen, Berolini 1899.  
 d = cod. Parisinus Latinus 6797.  
 Mayhoff = ed. C. Mayhoff, Lipsiae 1906.  
 Murb. = cod. Murbacensis. (ap. Rhenanum; cod. a persimilis).  
 p = cod. Pollinganus Latinus 11301. Monacensis.  
 codd. = reliqui codices praeter eos, qui ad eandem lectionem adnotati sunt.  
 Vulg. = veteres editores vel lectio vulgata inde a vetustissimis editionibus.  
 Rhen. = Beati Rhenani in C. Plin. annotationes, Basileae 1526.
- In fragmentis e Plutarchi *Vitis* sumptis:  
 N = cod. Matritensis.  
 U = cod. Vaticanus 138 veteris manus.  
 U = cod. Vaticanus 138 recentioris manus in Demosthene et Cicerone.  
 N = N U (in Demosthene et Cicerone).  
 S = Seitenstettensis.  
 A = Parisinus 1671.  
 B = Parisinus 1672.  
 C = Parisinus 1673.  
 E = Parisinus 1675.  
 Y = tripartiti generis libri.

In fragmentis e Plutarchi *libris moralibus* sumptis:

- A = Parisinus 1671 a 1296.  
 B = Parisinus 1675 s. XV.  
 D = Parisinus 1956 s. XI/XII.  
 E = Parisinus 1672 paul. post a. 1302.  
 F = Parisinus 1657 s. XI.  
 G = Barb. 182 s. XI.  
 J = Ambrosianus 881 s. XIII.  
 O = Ambrosianus 528 s. XIII et XIII/XIV.  
 M = Mosc. 501 s. XII.  
 R = Mazarin. 4458 s. XIV.  
 S = Vaticanus 264 s. XIV.  
 V = Marcianus 427 s. XIV.  
 X = Marcianus 250 s. XI et XIV.  
 Y = Marcianus 249 s. XI/XII.  
 Z = Marcianus 511 s. XIV.  
 a = Ambrosianus 689 s. XV.  
 b = Bruxellensis 18967 s. XIV.  
 c = Harleianus 5692 s. XV.  
 d = Laurentianus 56, 2 s. XV.  
 g = Palatinus Vaticanus 170 s. XV.  
 k = Laurentianus 80, 29 et Laurentianus 56, 24 s. XV.  
 s = Vaticanus 1012 s. XIV.  
 v = Vindobonensis 46 s. XV.  
 w = Vindobonensis 36 s. XV.  
 x = Vaticanus 1396 s. XV.  
 y = Vaticanus 1009 s. XIV.  
 z = Vindobonensis Suppl. 23 s. XV.  
 α = Ambrosianus 859 brevi ante a. 1296.  
 β = Vaticanus 1013 s. XIV.  
 γ = Vaticanus 139 brevi post a. 1296.  
 υ = Urbinus 98 s. XIV.  
 Δ = DΘ  
 ⊕ = Z a b υ  
 Σ = J S c s y Voss. 3 Parisinus 2076.  
 Π = codices Planudei α A (E β γ).  
 Φ = d v w z.  
 Ω = codices omnes.  
 ○ = codices praeter citatos.

Koraes = Plutarchi *Τὰ πολιτικά* ed. A. Koraes, Paris 1824.

Ha. = Hartman, De Plutarcho scriptore et philosopho, Lugd. Bat. 1916.

Ku. = Ed. Kurtz, Miscellen zu Plut. I, Leipzig 1888. — id. Bl. f. d. bayr. Gymn. W. 26 (1890) p. 523. — id. B. phil. W. 10 (1890) p. 1199. — id. N. Jahrb. f. kl. Phil. 143 (1891), p. 433.

Mittelhaus = De Plutarchi praecipis gerendae rei publicae, Berolini 1911.

Kron. = Kronenberg, Mnemosyne XXXVII (1909) et al.

In fragmento e Pomponii Porphyrii *Commento in Horatium* sumpto:

W = Wolfenbutelanus Gudianus Lat. 85.

In fragmentis e Porphyrii *Commentariis in Cl. Ptolemaei Harmonica* sumptis:

M = codex 62, Venetus Marcianus app. cl. VI/10. saec. XII.

T = codex Vindobonensis int. phil. gr. 176. saec. XIV.  
 g = consensus codicum formae g (vide proleg. I. Düring, pag. XXI).

p = consensus codicum formae p (vide proleg. I. Düring, pag. XXIV).

Wallis = Joh. Wallis, *Operum Mathematicorum* vol. III, Oxford 1699.

Aristox. = M. Meibom, *Antiquae Musicae Auctores VII*, Amsterdam 1652.

In fragmento e Procli Diadochi *Commentario in Platonis Timaeum* sumpto:

C = Coislinianus 322 saec. XI/XII.

M = Marcianus 195 saec. XIV exeuntis.

P (olim F) = Parisinus 1840 saec. XVI.

In fragmento e Rufini *Commentario in metra Teventiana* sumpto:

A = cod. Parisinus 7496.

B = cod. Parisinus 7501.

R = cod. Vaticanus Bibliothecae Reginae Christinae 733.

Asc. = de. Ascensiana anno 1516.

Ald. = ed. Aldina anno 1527.

Ven. = ed. princeps anno 1470.

In fragmentis e Senecae *Epistulis Moralibus* sumptis:

Q = cod. Quirinianus B II, 6 saec. IX-X.

p = cod. Parisinus n. 8540 saec. X ineuntis.

L = cod. Laurentianus plut. LXXXVI 40, saec. X.

A = cod. Argentoratensis C. VI. 5, saec. IX-X.

B = cod. Bambergensis V. 14, saec. IX.

q = cod. Quirinianus A. IV. 4, saec. XIV.

Σ = codices reliqui saeculo XI inferiores.

In fragmento e Senecae libro *Quaestiones Naturales* sumpto:

A = Leidensis XIII s.

B = Bambergensis XII s.

V = Vaticanus XII-XIII s.

Z = Genenensis XII s.

In fragmentis e Sexti Empirici *Adversus Dogmaticos* libris sumptis:

N = Laurentianus 85, 19 s. XIII.

L = Laurentianus 85, 11 s. XV.

E = Parisinus 1964 s. XV.

A = Parisinus 1963 s. XVI.

B = Berol. Phill. 1518 s. XVI.

V = Venet. Marcianus 262 s. XV.

R = Regimontanus 16 b 12.

G = codices omnes.

Gen. = Petri et Jacobi Chouetorum Genevae 1621.

Fabr. = J. A. Fabricius, Lipsiae 1718.

Bekk. = Immanuelis Bekker, Berol. 1842.

In fragmentis e J. Stobaei *Eclogis* sumptis:

F = cod. Farnesinus „Eclogarum”.

P = cod. Parisinus „Eclogarum”.

In fragmentis e *Stoicorum Indice Herculanensi* sumptis:

- [- -] = litterarum quae interciderunt locus, ubi earum numerus constitui non potest.  
 [. .] = litterarum quae interciderunt numerus totidem punctis indicatus.  
 α = littera in Papyro incerta.  
 [α] = littera pro deletis aut lacuna haustis coniectura posita.  
 <α> = littera quam librarius non scripsit, coniectura addita.  
 × × × = Papyri fractura, qua linearum subsecutionem diremptam invenit Traversa.  
 B = Buecheler apud Comparetti, pag. 550-559 (Adnotationes a Buecheler ad Comparatti epistula missae).  
etiam Diogenes Stoicus concedit aliquid, ut praedicere possint dumtaxat qualis quisque natura et ad quam quisque maxime rem aptus futurus sit; cetera, quae profiteantur negat ullo modo posse sciri; etiam geminorum formas esse similis, vitam atque fortunam plerumque disparem. Procles et Eurysthenes Lacedaemoniorum reges gemini fratres fuerunt. at ii nec totidem annos vixerunt, anno enim Procli vita brevior fuit, multumque is fratri rerum gestarum gloria praestitit. (91) at ego id ipsum quod vir optumus Diogenes Chaldaeis quasi quadam praevaricatione concedit, nego posse intellegi. Etenim cum ut ipsi dicunt ortus nascentium luna moderetur, eaque animadvertant et notent sidera natalicia Chaldaei quaecumque lunae iuncta videantur, oculorum fallacissimo sensu iudicant ea quae ratione atque animo videre debebant. docet enim ratio mathematicorum, quam istis notam esse oportebat, quanta humilitate luna feratur terram paene contingens, quantum absit a proxima Mercuri stella, multo autem longius a Veneris, deinde alio intervallo distet a sole, cuius lumine conlustrari putatur, reliqua vero tria intervalla infinita et inmensa, a sole ad Martis, inde ad Iovis, ab eo ad Saturni stellam, inde ad caelum ipsum, quod extremum atque ultimum mundi est. (92) quae potest igitur contagio ex infinito paene intervallo pertinere ad lunam vel potius ad terram?

44 Quid, cum dicunt, id quod iis dicere necesse est, omnis omnium ortus quicumque gignantur in omni terra quae incolatur eosdem esse eademque omnibus qui eodem statu caeli et stellarum nati sint accidere necesse esse, nonne eius modi sunt ut ne caeli quidem naturam interpretes istos caeli nosse appareat? cum enim illi orbes qui caelum quasi medium dividunt et aspectum nostrum definiunt (qui a Graecis ὀρίζοντες nominantur, a nobis finientes rectissime nominari possunt), varietatem maxumam habeant aliique in aliis locis sint, necesse est ortus occasusque siderum non fieri eodem tempore apud omnes. (93) quodsi eorum vi caelum modo hoc modo illo modo temperatur, qui potest eadem vis esse nascentium, cum caeli tanta sit dissimilitudo? in his locis quae nos incolimus post solstitium Canicula exoritur et quidem aliquot diebus, at apud

1 StVFr. 3 Diog. 36 2 qualis A V B quali t 4 scire V B<sup>1</sup> similes A<sup>c</sup>  
5 proclus ex -es, in ras. B 6 haec V<sup>1</sup> nec V<sup>2</sup> 8 ad A<sup>1</sup> B<sup>1</sup> ut V chaldeis  
B V<sup>p</sup> 10 cum Lamb. 1 cur A V B 11 chaldei V B 15 poene A  
mercurii V<sup>c</sup> ante mer- in lac. VII litt. fuit herculi B 22 qui cum A iis V  
hiis A is B omnes A<sup>c</sup> omnis in omnium V<sup>p</sup> 24 qui ft. ex quae B 28  
ὀρίζοντες ὄ orientes A V B finientes corr. -tis B -dis A V<sup>p</sup> -di V<sup>c</sup> 31 hoc  
modo illo modo: in mg. add. A 34 solisticium A -tium V solsticium B;  
at apud, t in ras. A<sup>2</sup>, ad ~ V<sup>p</sup> B<sup>p</sup>, at ~ B<sup>c</sup>, apud V<sup>c</sup>

Troglodytas, ut scribitur, ante solstitium, ut, si iam concedamus aliquid vim caelestem ad eos qui in terra gignantur pertinere, confitendum sit illis eos, qui nascuntur eodem tempore, posse in dissimilis incidere naturas propter caeli dissimilitudinem; quod minime illis placet; volunt enim illi omnis eodem tempore ortos qui ubique sint nati eadem condicione nasci. 45 (94) Sed quae tanta dementia est, ut in maxumis motibus mutationibusque caeli nihil intersit qui ventus qui imber quae tempestas ubique sit? quarum rerum in proxumis locis tantae dissimilitudines saepe sint, ut alia Tusculi alia Romae eveniat saepe tempestas; quod qui navigant maxime animadvertunt, cum in flectendis promunturiis ventorum mutationes maxumas saepe sentiunt — haec igitur cum sit tum serenitas tum perturbatio caeli, estne sanorum hominum hoc ad nascentium ortus pertinere non dicere, quod non certe pertinet, illud nescio quid tenue, quod sentiri nullo modo, intellegi autem vix potest, quae a luna ceterisque sideribus caeli temperatio fiat, dicere ad puerorum ortus pertinere? quid, quod non intellegunt seminum vim, quae ad gignendum procreandumque plurimum valeat, funditus tolli, mediocris erroris est? quis enim non videt et formas et mores et plerosque status ac motus effingere a parentibus liberos; quod non contingeret, si haec non vis et natura gignentium efficeret sed temperatio lunae caelique moderatio. (95) quid, quod uno et eodem temporis puncto nati dissimilis et naturas et vitas et casus habent, parumne declarant nihil ad agendam vitam nascendi tempus pertinere? nisi forte putamus neminem eodem tempore ipso et conceptum et natum quo Africanum. num quis igitur talis fuit?

46 (96) Quid, illudne dubium est, quin multi, cum ita nati essent ut quaedam contra naturam depravata haberent, restituerentur et corrigerentur ab natura, cum se ipsa revocasset, aut arte aut medicina? ut quorum linguae sic inhaerent, ut loqui non possent,

1 Troglodytas 2 trogoditas A V B scripturante B<sup>p</sup> solstitium V; A et B ut supra 4 incedere A<sup>1</sup> V<sup>1</sup> B 5 illis V<sup>p</sup> illi\* A B (ft. s) omni A<sup>p</sup> V<sup>p</sup> -nes A<sup>c</sup> -nis V<sup>c</sup> 9 sint A V<sup>p</sup> B sunt V<sup>c</sup> 11 animadvertant V B promunturiis A<sup>p</sup> V<sup>p</sup> promontoriis A<sup>c</sup> promuntoriis V<sup>c</sup> promuntoriis ex -muntori B mutationibus A<sup>p</sup> 14 quod certe pertinet Dav. q. non c.p. del. Hot. t b m, sed v. Mdv. emend. in Cic. II. de leg. et Ac. Kopenh. 1826 p. 38, similia collegit V a. opusc. ac. 2, 329s Cf. 8, 21 et de positione vocis non 39, 86 23 dissimiles A<sup>c</sup> 24 declarant scil. eodem temporis puncto nati; -at Dav. 30 abjaut conti. Dav., maluit Pl. aut ab atque medicina] aut m. V<sup>c</sup> ut Pearce aut A VB (hic a in ras.) 31 eorum V<sup>p</sup> inhaerent V

eae scalpello resectae liberarentur; multi etiam naturae vitium meditatione atque exercitatione sustulerunt, ut Demosthenem scribit Phalereus, cum rho dicere nequiret, exercitatione fecisse ut planissime diceret. quodsi haec astro ingenerata et tradita  
 5 essent, nulla res ea mutare posset. Quid, dissimilitudo locorum nonne dissimilis hominum procreationes habet? quas quidem percurrere oratione facile est, quid inter Indos et Persas Aethiopas <et> Syros differat corporibus animis, ut incredibilis varietas dissimilitudoque sit. (97) ex quo intellegitur plus terrarum situs  
 10 quam lunae tactus ad nascendum valere. nam quod aiunt quadringenta septuaginta milia annorum in periclitandis experiundisque pueris quicumque essent nati Babylonios posuisse, fallunt; si enim esset factitatum, non esset desitum; neminem autem habemus auctorem, qui id aut fieri dicat aut factum sciat. 47 videsne me  
 15 non ea dicere quae Carneades sed ea quae princeps Stoicorum Panaetius dixerit?

75 — SENECA, Nat. Quaest. VII, 30, 2; ed. P. Oltramare; II, 332; v. L. 69; F. 31.

Panaetio et his qui videri volunt cometen non esse ordinarium  
 20 sidus sed falsam sideris faciem diligenter tractandum est an aequae omnis pars anni edendis cometis satis apta sit, an omnis caeli regio idonea in qua creentur, an, quacumque ire, ibi etiam concipi possint, et cetera. Quae universa tolluntur, cum dico illos non fortuitos esse ignes sed intextos mundo, quos non frequenter educit sed in  
 25 occulto movet.

76 — PROCLUS DIADOCHUS, In Plat. Timaeum, 50B; ed. E. Diehl, I, 162; v. L. 72; F. 32.

Τὴν δὲ εὐκρασίαν τῶν ὥρων τὴν τῶν φρονίμων οἰστικὴν Παναίτιος  
 μέν καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν Πλατωνικῶν ἐπὶ τῶν φαινομένων ἤκουσαν,  
 30 ὡς τῆς Ἀττικῆς διὰ τὰς ὥρας τοῦ ἔτους εὐ κεκραμένας ἐπιτηδείως ἐχούσης πρὸς τὴν τῶν φρονίμων ἀνδρῶν ἀπογέννησιν.

1 eae *Man.* hae A V B multae A 3 Phalereus B 1 f- A V B 6 dissimiles A<sup>c</sup> 7 Aethiopas et Syros *Lamb.* 1 et aethiopas syros A V ~ siros B 8 ut *om.* V 10 luna tactus A lunae\*actus *ex* luna & actus *ut vid.* B 11 pereclitandis A periclitandis *ex* -tis B 12 quicum A<sup>p</sup> babillonios A babilonios *ex* -iis B 13 *alt.* esset]esse A V<sup>p</sup> B 14 quid A<sup>p</sup> V<sup>p</sup> B qui id A<sup>c</sup> V<sup>c</sup> 15 principes V<sup>p</sup> *cf.* 3, 6. panetius A<sup>c</sup> V B<sup>p</sup> pene- A<sup>p</sup> panae- B<sup>c</sup> 19 nolunt V 20 tractandum: tractatum A B V 21 [omnis] pars A B V anni pars Z 29 C M P] παλαιῶν ci Kroll 31 ἀπογένεσιν P

77 — CICERO, De Republ. I, 10, 15; ed. K. Ziegler, 11; F. 30.

Hic Scipio: 'quam vellem Panaetium nostrum nobiscum habere-mus! qui cum cetera tum haec caelestia vel studiosissime solet quaerere. sed ego Tubero — nam tecum aperte quod sentio loquar — non nimis adsentior in omni isto genere nostro illi familiari, s qui quae vix coniectura qualia sint possumus suspicari, sic adfirmat ut oculis ea cernere videatur aut tractare plane manu.

78 — CICERO, De Offic. II, 3, 11-12; ed. C. Atzert, 77.

Ratione autem utentium duo genera ponunt, deorum unum, alterum hominum. Deos placatos pietas efficiet et sanctitas; pro- 10 xime autem et secundum deos homines hominibus maxime utiles esse possunt. (12) Earumque item rerum, quae noceant et obsint, eadem divisio est. Sed quia deos nocere non putant, iis exceptis homines hominibus obesse plurimum arbitrantur.

6 quiq̄- *sed lin. add.* p pos\*umus\*us|picari 7 ui|deantur 13 *cf.* 3, 102. *Plato rep.* 379B *Sen. ep.* 95, 49

## CAPUT V

## DE HOMINE

79 — CICERO, De Offic. II, 3, 11; ed. C. Atzert, 77.

Quae ergo ad vitam hominum tuendam pertinent, partim sunt inanima, ut aurum, argentum, ut ea, quae gignuntur e terra, ut alia generis eiusdem, partim animalia, quae habent suos impetus et rerum appetitus. Eorum autem rationis expertia sunt, alia ratione utentia. Expertes rationis equi, boves, reliquae pecudes, apes, quarum opere efficitur aliquid ad usum hominum atque vitam. Ratione autem utentium duo genera ponunt, deorum unum, alterum hominum.

10 80 = 98 — CICERO, De Offic. I, 4, 11; ed. C. Atzert, 6.

Principio generi animantium omni est a natura tributum, ut se, vitam corpusque tueatur, declinet ea, quae nocitura videantur, omniaque, quae sint ad vivendum necessaria anquirat et paret, ut pastum, ut latibula, ut alia generis eiusdem. Commune autem animantium omnium est coniunctionis appetitus procreandi causa et cura quaedam eorum, quae procreata sint. Sed inter hominem et beluam hoc maxime interest, quod haec tantum, quantum sensu movetur, ad id solum, quod adest quodque praesens est, se accommodat, paulum admodum sentiens praeteritum aut fu-

2 quae igitur (sic) . . . argentum *Non.* 128, 1 ad vitam tuendam cf. *Lact. inst.* 3, 10, 6 3 inanima ZL inanimata L<sup>2</sup> sscr cp; et ea X 4 animata c 5 ut supra Z autem partim rat- X autem <alia> rationis Bai. Popp. I p. 32, Atzert potius alia quod S alii alio loco addunt semel positum ἀπὸ κοινού videtur cf. *Bac.* p. 279 7 apes del. *Facciol. at v. Lact. instit.* 3, 10, 4 opere ω opera S Bai. efficitur post usum c atque ad vitam X 11 Totum IV cap. artissime cohaeret cum de fin. 2, 45-47 cf. *Iu.* I, p. 13 *Lr.* p. 44. omnium B tributum Zc attributum p 12 declinet ea quae Zc declinetque quae p *Mo.* p. 37 nocitura Zc ei nocitura p. cf. *Ar.* III 178 τὰ βλάπτοντα 13 que om. Bp sint Zp sunt c; ad vivendum Zcp<sup>2</sup> om. p<sup>1</sup>S; anquirat B<sup>1</sup>VH<sup>1</sup>b acquirat B<sup>2</sup> cp inquirat H<sup>2</sup> 14 ut pastum, ut latibula cf. *Ambr.* I, 128 autem ω item *Manutius edd. cf. II, 17, 59 Thes. s.v.p.* 1578 16 procreata sint Zp S procreata sunt S procreantur c *De modo cf. Ga.* p. 102 18 adest quodque del. *Mo.* p. 276 adductus cod. F, in quo ita: quod adest quodque .|. praesens est; at cf. de fin. I, 55

turum. Homo autem, quod rationis est particeps, per quam consequentia cernit, causas rerum videt earumque praegressus et quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat rebusque praesentibus adiungit atque adnectit futuras, facile totius vitae cursum videt ad eamque degendam praeparat res necessarias. 5

81 — CICERO, De Offic. I, 30, 105; ed. C. Atzert, 47.

Sed pertinet ad omnem officii quaestionem semper in promptu habere, quantum natura hominis pecudibus reliquisque beluis antecedit; illae nihil sentiunt nisi voluptatem ad eamque feruntur omni impetu, hominis autem mens discendo alitur et cogitando, 10 semper aliquid aut anquirat aut agit videndique et audiendi delectatione ducitur.

82 — CICERO, Tuscul. Disp. I, 18, 42; ed. M. Pohlenz, 238-239; F. 34.

Is autem animus, qui, si est horum quattuor generum, ex quibus 15 omnia constare dicuntur, ex inflammata anima constat, ut potissimum videri video Panaetio, superiora capessat necesse est. nihil enim habent haec duo genera proni et supera semper petunt.

83 — CICERO, Tuscul. Disp. I, 32, 79-33, 80; ed. M. Pohlenz, 257-258; v. L. 70; F. 37. 20

Credamus igitur Panaetio a Platone suo dissentienti? quem enim omnibus locis divinum, quem sapientissimum, quem sanctissimum, quem Homerum philosophorum appellat, huius hanc unam sententiam de immortalitate animorum non probat. volt enim, quod nemo negat, quicquid natum sit interire; nasci autem animos, quod 25 declaret eorum similitudo qui procreantur, quae etiam in ingeniis, non solum in corporibus appareat. alteram autem adfert rationem, nihil esse quod doleat, quin id aegrum esse quoque possit; quod autem in morbum cadat, id etiam interiturum; dolere autem animos, ergo etiam interire. (80) haec refelli possunt: sunt enim ignorantis, 30 cum de aeternitate animorum dicatur, de mente dici, quae omni

1 quod B<sup>1</sup>Vbcp (quō)niam (B) S cf. *Nat. deor.* 2, 147. fin. 2, 45 2 earumque . . . ignorat del. *We.* p. 22 praegressus VP progressus BX intercessionem *Mu.* p. 624 4 adiungit atque del. *Mo.* p. 277, post adiungit add. disiunctas *We.* p. 23 7 semper om. X 8 ad hunc locum videtur spectare homines omnibus bestiis antecedunt *Diom. G. L.* I 313, 11; a pecudibus et reliquis p 9 illae enim S referuntur p 11 inquirat cp S cf. I, 3, 9 15 animus . . . dicuntur *Non.* 272, 29 si add. G<sup>1</sup> s.l. quattuor horum *Non.* ex quibus] unde V<sup>2</sup> *Non. ft. recte* 17 videri om. X (videt' pro video V sed t' V<sup>o</sup> in v.) add. K<sup>2</sup> S 21 igitur] etiam K 27 affert hic X 29 dolore V<sup>1</sup> 31 dicatur S dicantur X

turbido motu semper vacet, non de partibus is, in quibus aegritudines irae libidinesque versentur, quas is, contra quem haec dicuntur, semotas a mente et disclusas putat.

84 = 127 — ASCLEPIUS, In Metaph. Aristot. 991. b. 3; ed. M. Hayduck, 90.

Παναίτιος γὰρ τις ἐτόλμησε νοθεῦσαι τὸν διάλογον (sc. τὸν Φαίδωνα). ἐπειδὴ γὰρ ἔλεγεν εἶναι θνητὴν τὴν ψυχὴν . . . .

85 — TERTULLIANUS, De Anima, 14; ed. J. H. Waszink, 17; v. L. 69; F. 36.

Dividitur (sc. anima) autem in partes, nunc in duas a Platone, nunc in tres a Zenone, nunc in quinque ab Aristotele et in sex a Panaetio.

86 — NEMESIUS, De Nat. Hominis, 15; ed. C. Matthaei, 212; v. L. 69; F. 35.

Παναίτιος δὲ ὁ φιλόσοφος τὸ μὲν φωνητικὸν τῆς καθ' ὁρμὴν κινήσεως μέρος εἶναι βούλεται· λέγων ὀρθότατα· τὸ δὲ σπερματικὸν, οὐ τῆς ψυχῆς μέρος, ἀλλὰ τῆς φύσεως.

86a — NEMESIUS, De Nat. Hominis, 26; ed. C. Matthaei, 249-250.

Διαιροῦσιν δὲ καὶ ἄλλως τὰς κατὰ τὸ ζῶον δυνάμεις. καὶ τὰς μὲν λέγουσι ψυχικάς, τὰς δὲ φυσικάς, τὰς δὲ ζωτικάς. ψυχικάς μὲν, τὰς κατὰ προαίρεσιν· φυσικάς δὲ καὶ ζωτικάς, τὰς ἀπροαίρετους· καὶ εἰσὶ ψυχικαὶ μὲν δύο, ἣ τε καθ' ὁρμὴν κινήσεις καὶ ἡ αἴσθησις. τῆς δὲ καθ' ὁρμὴν κινήσεως εἶδη τρία, τὸ τε μεταβατικὸν καὶ κινητικὸν τοῦ σώματος παντός καὶ τὸ φωνητικὸν καὶ τὸ ἀναπνευστικόν. ἐν ἡμῖν γὰρ ταῦτα καὶ ποιεῖν καὶ μὴ ποιεῖν. φυσικαὶ δὲ καὶ ζωτικαὶ, αἱ οὐκ ἐφ' ἡμῖν, ἀλλὰ καὶ

1 is K<sup>1</sup> his G K<sup>2</sup> R V 2 qua K (s add<sup>e</sup>) his G.K. is R (sed<sup>b</sup> add.<sup>1</sup>) // is V 3 dicantur X: corr. V<sup>1aut2</sup> 7 ἔλεγεν Brandis: ἔλεγον libri 10 dividetur A 11 Zenone] Varrone Pam susp.; del. Iun. in quinque ab Aristotele Pam susp.; Diels Dox. Gr. 205; approbant Kroym. 107; A. Schmekel, Philos. der Mittl. Stoa 262; R. Hirzel, Unters. z. Cic. phil. Schr. 2, 772 sqq.; falsum putat Esser 113<sub>1</sub>] inquitque A in quinque B Gel a filio Nicomachi in quinque Iun. susp. et] aut Esser l.c. panetio A 16 οὐ τῆς ψυχῆς μέρος] μέρος abest D. 1 19 καὶ τὰς μὲν λέγουσι] λέγουσι abest A. 1. Refert haec Io. p. 181 20 A ubi φυτικὸς, loco φυσικὸς φυσικὰς τὰς δὲ] φυσικὰς καὶ τὰςδε Ox. ζωτικάς· καὶ ψυχικάς μὲν] ζωτικάς φασι. ψυχικάς μὲν A. 1; καὶ, ante ψυχικάς, omittit etiam A. 2,3. D. 1 τὰς δὲ ζωτικάς abest M. 1 22 δύο] δύο D. 1. Ox. καὶ αἴσθησις] καὶ ἡ αἴσθησις D. 1. A. 1. 2. 3 23 Mox, εἶδη τρία, τὸ τε μεταβ. D. 1. Tria abest. Con. Vall. 24 καὶ φωνητικὸν καὶ ἀναπν.] καὶ τὸ φωνητικὸν καὶ τὸ ἀναπν. D. 1 25 ζωτικαὶ, αἱ οὐκ] αἱ abest D. 1. Mox, ἀλλὰ ἐκόντων. A. 3.

ἐκόντων καὶ ἀκόντων γινόμεναι, ὡς ἡ θρεπτικὴ καὶ αὐξητικὴ καὶ σπερματικὴ, φυσικαὶ οὔσαι·

87 = 107 — CICERO, De Offic. I, 28, 101; ed. C. Atzert, 45.

Duplex est enim vis animorum atque naturae: una pars in appetitu posita est, quae est ὁρμή Graece, quae hominem huc et illuc rapit, altera in ratione, quae docet et explanat, quid faciendum fugiendumque sit. [Ita fit, ut ratio praesit, appetitus obtemperet.]

88 — CICERO, De Offic. I, 36, 132; ed. C. Atzert, 60.

Motus autem animorum duplices sunt; alteri cogitationis, alteri appetitus. Cogitatio in vero exquirendo maxime versatur, appetitus impellit ad agendum. Curandum est igitur, ut cogitatione ad res quam optimas utamur, appetitum rationi oboedientem praebeamus.

89 — CICERO, De Offic. II, 5, 18; ed. C. Atzert, 80.

Etenim virtus omnis tribus in rebus fere vertitur, quarum. . . . alterum cohibere motus animi turbatos, quos Graeci πάθη nominant, appetitionesque, quas illi ὁρμάς, oboedientes efficere rationi, . . . .

1 αὐξητικὴ καὶ σπερματικὴ] σπερματικὴ καὶ αὐξητικὴ Ox. A. 3 4 est post vis Lc cf. I, 29, 104 cf. Mdv. fin. I, 43 naturae ω Ambr. I, 228 et 229 cf. Ung p. 34 natura Lambinus edd. 5 horne ω et] atque p 6 et X om. Z (sed in P sscr.) 7 -que ZK S -ve X cf. I, 35, 129 (Am. 3, 262 p. 63 αἰρετῶν καὶ φευκτῶν) ita . . . obtemperet del. Facciolatus, marginalem notam posterius a Cic. additam putat Go.<sup>1</sup> p. 22, locum quem legit Ambr. I, 229, defendit Ung. p. 36, explicavit Ju. I p. 64 Po<sup>1</sup> p. 65. praesit et X cf. I, 9, 29 9 motus cf. Ambr. I, 22, 98 motus . . . praebeamus secl. Ma. p. 20 10 in superscr. B<sup>corr</sup> 12 quas c oboedientem rationi c 15 alterum est p perturbatos Lp S pa(n)the Lc (p) pathos BV phatos in vas. P 16 ormas Z hormas X

## CAPUT VI

## DE COGNITIONE

90 = 74 — CICERO, De Divinat. II, 43, 91; ed. O. Plasberg-W. Ax, 103b; v. L. 69; F. 22.

Etenim cum ut ipsi dicunt ortus nascentium luna moderetur, eaque animadvertant et notent sidera natalicia Chaldaei quaecumque lunae iuncta videantur, oculorum fallacissimo sensu iudicant ea. . . .

91 — SEXTUS EMPIRICUS, Adv. Dogm. I, 253-257; ed. H. Mutschmann, II 59-60.

Ἄλλὰ γὰρ οἱ μὲν ἀρχαιότεροι τῶν Στωϊκῶν κριτήριόν φασιν εἶναι τῆς ἀληθείας τὴν καταληπτικὴν ταύτην φαντασίαν, οἱ δὲ νεώτεροι προσετίθεσαν καὶ τὸ μηδὲν ἔχουσαν ἔνστημα. (254) ἔσθ' ὅτε γὰρ καταληπτικὴ μὲν προσπίπτει φαντασία, ἄπιστος δὲ διὰ τὴν ἔξωθεν περιστασιν. οἷον ὅτε Ἀδμήτω ὁ Ἡρακλῆς τὴν Ἀλκιστιν γῆθεν ἀναγαγὼν παρέστησε, τότε ὁ Ἀδμητος ἔσπασε μὲν καταληπτικὴν φαντασίαν ἀπὸ τῆς Ἀλκήστιδος, ἠπίσται δ' αὐτῇ. (255) καὶ ὅτε ἀπὸ Τροίας ὁ Μενέλαος ἀνακομισθεὶς ἑώρα τὴν ἀληθῆ Ἑλένην παρὰ τῷ Πρωτεῖ, [καί] καταλιπὼν ἐπὶ τῆς νεῶς τὸ ἐκείνης εἶδωλον, περὶ οὗ δεκαετῆς συνέστη πόλεμος, ἀπὸ ὑπάρχοντος μὲν καὶ κατ' αὐτὸ τὸ ὑπάρχον καὶ ἑναπομαγμένῃ καὶ ἑναπεσφραγισμένῃ ἐλάμβανε φαντασίαν, οὐκ εἶχε δὲ αὐτὴν < . . . . >. (256) ὥσθ' ἡ μὲν καταληπτικὴ φαντασία κριτήριόν ἐστὶ μηδὲν ἔχουσα ἔνστημα, αὐταὶ δὲ καταληπτικαὶ μὲν ἦσαν, εἶχον δὲ ἐνστάσεις. ὁ τε γὰρ Ἀδμητος ἐλογίζετο ὅτι τέθηκεν ἡ Ἀλκιστις καὶ ὅτι ὁ ἀποθανὼν οὐκέτι ἀνίσταται, ἀλλὰ δαιμόνια τινὰ ποτε ἐπιφοιτᾷ. ὁ τε Μενέλαος συνεώρα ὅτι ἀπολέλοιπεν ἐν τῇ νηὶ φυλαττομένην τὴν Ἑλένην, καὶ οὐκ ἀπίθανον μὲν ἐστὶν Ἑλένην μὴ εἶναι τὴν ἐπὶ τῆς Φάρου

3 cum Lamb. 1 cur A V B 4 chaldei V B 11-12 καταληπτικὴ N: καταληπτικὴ LEABR: ἐμπληρικὴ V 16 [καί] del. Bekk. 19-20 οὐκ εἶχε δὲ αὐτὴν <πιστήν> Bekk.: οὐ προσεῖχε δὲ αὐτῇ Kayser: οὐκ εἶχε δὲ αὐτῇ Lachelier coll. p. 43, 14. 240, 11: οὐκ εἶχε δὲ αὐτὴν <χωρὶς ἐνστάσεως> Kochalsky coll. p. 284, 5/6: οὐκ δὲ εἶχε αὐτῇ <πιστιν> Kalbfleisch coll. p. 246, 8. 11. 247, 9. 19: οὐκ εἶχε δὲ αὐτὴν <βεβαίως>. ὥσθ' coll. p. 364, 26 25 μὲν (post ἀπίθανον) post Ἑλένην ponendum censet Bekk.

εὐρεθεῖσαν, φάντασμα δὲ τι καὶ δαιμόνιον. (257) ἐνθένδε οὐχ ἀπλῶς κριτήριον γίνεται τῆς ἀληθείας ἢ καταληπτικὴ φαντασία, ἀλλ' ὅταν μηδὲν ἔνστημα ἔχη.

92 — EUSTATHIUS, Comm. ad Hom. Odys. ψ 220; ed. Stallbaum, II, 305; v. L. 66; F. 53.

Περὶ δὲ τοῦ ἤδη, ὃ πέρ ἐστιν ἠπίστατο, εἴρηται μὲν καὶ ἐν τῇ ἄλφα τῆς Ἰλιάδος. διαρθρωτέον δὲ μᾶλλον ἐνταῦθα, ὅτι οὐχ ἀπλῶς τὸ ἤδειν καὶ ἐνενοῆκεν καὶ ἐπεποιήκειν διαλύει τὸ ἤδεα καὶ ἐνενοῆκεα καὶ ἐπεποιήκεα, ἀλλὰ τὰ ἐξ αὐτῶν Ἀττικὰ τὰ διὰ τοῦ ἦτα. παραδίδωσι γὰρ Ἡρακλείδης, ὅτι Ἀττικοὶ τοὺς τοιοῦτους ὑπερσυντελείους ἐν τῷ ἦτα μόνῳ<sup>10</sup> περατοῦσιν, ἤδη λέγοντες καὶ ἐνενοῆκη καὶ ἐπεποιήκη καὶ οὕτω φησὶ Παναίτιος ἔχειν τὰς γραφὰς παρὰ Πλάτωνι.

93 — ATHENAEUS, Dipnosoph. XIV, 35; 634c-d; ed. G. Kaibel, III, 400; v. L. 20; 67; F. 55.

Ἀρίσταρχος ὁ γραμματικὸς, ὃν μάντιν ἐκάλει Παναίτιος ὁ Ῥόδιος<sup>15</sup> φιλόσοφος διὰ τὸ βραδίως καταμαντεύεσθαι τῆς τῶν ποιημάτων διανοίας.

94 — PLUTARCHUS, Demosth. 13, 5-6; 852A-B; ed. Cl. Lindskog-K. Ziegler, I, 2, 331-332; v. L. 75; F. 54.

Παναίτιος δ' ὁ φιλόσοφος καὶ τῶν λόγων αὐτοῦ (sc. Δημοσθένους) φησὶν οὕτω γεγράφθαι τοὺς πλείστους, ὡς μόνου τοῦ καλοῦ δι' αὐτὸ<sup>20</sup> αἰρετοῦ ὄντος, τὸν περὶ τοῦ στεφάνου, τὸν κατ' Ἀριστοκράτους, τὸν ὑπὲρ τῶν ἀτελειῶν, τοὺς Φιλιππικούς. (6) ἐν οἷς πᾶσιν οὐ πρὸς τὸ ἡδιστον ἢ βῆστον ἢ λυσιτελέστατον ἄγει τοὺς πολίτας, ἀλλὰ πολλαχοῦ τὴν ἀσφάλειαν καὶ τὴν σωτηρίαν οἶεται δεῖν ἐν δευτέρῃ τάξει τοῦ καλοῦ ποιεῖσθαι καὶ τοῦ πρέποντος, ὡς εἶγε τῇ περὶ τὰς ὑποθέσεις αὐτοῦ φιλο-<sup>25</sup>τιμίᾳ καὶ τῇ τῶν λόγων εὐγενεῖα παρῆν ἀνδρεία τε πολεμιστήριος καὶ τὸ καθαρῶς ἕκαστα πράττειν, οὐκ ἐν τῷ περὶ Μοιροκλέα καὶ Πολύευκτον καὶ Ὑπερείδην ἀριθμῶ τῶν βητόρων ἀλλ' ἄνω μετὰ Κίμωνος καὶ Θουκυδίδου καὶ Περικλέους ἀξίως ἦν τίθεσθαι.

95 — CICERO, De Offic. II, 14, 51; ed. C. Atzert, 94; v. L. 30 108; F. 9.

Atque etiam hoc praeceptum officii diligenter tenendum est, ne quem umquam innocentem iudicio capitis arcessas; id enim sine scelere fieri nullo pacto potest. Nam quid est tam inhumanum,

1 ἐνθένδε S: ἐνθένδεν N E L 19 [(N U =) N (ABCE =) Y] αὐτοῦ φησὶν Iuntina Aldina: φησὶν αὐτοῦ N Y 23 λυσιτελέστερον N 24 τὴν Y: καὶ τὴν N 27 περὶ N: κατὰ Y. μοιροκλέα Y, cf. 23, 4. ὑπερείδην N ὑπερείδην U Y cf. 12, 8 32 retinendum p inde a tenendum est incipit L 34 tam om. c

quam eloquentiam a natura ad salutem hominum et ad conservationem datam ad bonorum pestem perniciemque convertere? Nec tamen, ut hoc fugiendum est, item est habendum religioni nocentem aliquando, modo ne nefarium impiumque defendere. Vult hoc multitudo, patitur consuetudo, fert etiam humanitas. Iudicis est semper in causis verum sequi, patroni non numquam veri simile, etiam si minus sit verum, defendere, quod scribere, praesertim cum de philosophia scriberem, non auderem, nisi idem placeret gravissimo Stoicorum Panaetio.

3 ut *om.* p; nec . . . defendere (*sic!*) *Non.* 438, 2 item . . . defendere *Non.* 379, 22 ita p 5 4 modo ne *Lc* modo *Non.* ne p et Z 5 cf. *Lael.* 61 ep. 7, 1, 4 *Ambr.* 2, 124 defendere videaris p vult *om.* p 6 patroni autem p 8 placuerit p

## CAPUT VII

## FRAGMENTA MORALIA

96 — CLEMENS ALEXANDRINUS, *Strom.* II, 21; ed. O. Staehlin II, 183; v. L. 74; F. 38.

Πρὸς τοῦτοις ἔτι Παναίτιος τὸ ζῆν κατὰ τὰς δεδομένας ἡμῖν ἐκ φύσεως ἀφορμὰς τέλος ἀπεφῆνατο.

97 — CICERO, *De Offic.* I, 31, 110-111; ed. C. Atzert, 50. 5

Admodum autem tenenda sunt sua cuique, non vitiosa, sed tamen propria, quo facilius decorum illud, quod quaerimus, retineatur. Sic enim est faciendum, ut contra universam naturam nihil contendamus, ea tamen conservata propriam nostram sequamur, ut etiamsi sint alia graviora atque meliora, tamen nos studia nostra 10 nostrae naturae regula metiamur; neque enim attinet naturae repugnare nec quicquam sequi, quod assequi non queas. Ex quo magis emergit quale sit decorum illud, ideo quia nihil decet invita Minerva, ut aiunt, id est adversante et repugnante natura. (III) Omnino si quicquam est decorum, nihil est profecto magis 15 quam aequabilitas universae vitae, tum singularum actionum, quam conservare non possis, si aliorum naturam imitans omittas tuam.

98 — CICERO, *De Offic.* I, 4, 11-14; ed. C. Atzert, 6-8. 20

Principio generi animantium omni est a natura tributum, ut se, vitam corpusque tueatur, declinet ea, quae nocitura videantur,

7 quod b 9 nostram seq- propriam p nostram *del.* *Mo.*<sup>2</sup> p. 281 *secutus* 5 *aliquot in quibus aut abest nostram aut naturam legitur, sed cf. Stangl Berl. Phil. Wochenschr. p. 47* ut . . . metiamur *Non.* 315, 17 ut eam etiamsi b ut iam sint *Non.* 10 aliqua p ut *supra* *auctore Ern. edd.* studia nostrae regulae BV (*in hoc -la\* eras. -e -lā H*) studia (-a *del. m. rec.*) nostri regula b studia nostra (*sed nostra studia p*) naturae regula X 5 *Non.* 11 metimur *Non.* 12 nequicquam *Lc* non queas *ZLc* 5 nequeas p 5 13-14 invita Minerva cf. *Otto p. 225* 16 <cum> universae *Lamb. male, cf. Bae. p. 306 Kroll Rh. Mus. LXIX* 99 tum ω cum *Go.*<sup>2</sup> p. 34 20 *Totum IV cap. artissime cohaeret cum de fin. 2, 45-47 cf. Iv. I, p. 13 Lv. p. 44.* omnium B tributum *Zc* attributum p 21 declinet ea quae *Zc* declinetque quae p *Mo.*<sup>1</sup> p. 37 nocitura *Zc* ei nocitura p cf. *Ar. III, 178* τὰ βλέποντα

omniaque, quae sint ad vivendum necessaria anquirat et paret, ut pastum, ut latibula, ut alia generis eiusdem. Commune autem animantium omnium est coniunctionis appetitus procreandi causa et cura quaedam eorum, quae procreata sint. Sed inter hominem et beluam hoc maxime interest, quod haec tantum, quantum sensu movetur, ad id solum, quod adest quodque praesens est, se accommodat, paulum admodum sentiens praeteritum aut futurum. Homo autem, quod rationis est particeps, per quam consequentia cernit, causas rerum videt earumque praegressus et quasi antecessiones non ignorat, similitudines comparat rebusque praesentibus adiungit atque adnectit futuras, facile totius vitae cursum videt ad eamque degendam praeparat res necessarias. (12) Eademque natura vi rationis hominem conciliat homini et ad orationis et ad vitae societatem ingeneratque inprimis praecipuum quendam amorem in eos, qui procreati sunt, impellitque, ut hominum coetus et celebrationes et esse et a se obiri velit ob easque causas studeat parare ea, quae suppeditent ad cultum et ad victum, nec sibi soli, sed coniugi, liberis, ceterisque quos caros habeat tuerique debeat, quae cura exsuscitat etiam animos et maiores ad rem gerendam facit. (13) Inprimisque hominis est propria veri inquisitio atque investigatio. Itaque cum sumus necessariis negotiis curisque vacui, tum avemus aliquid videre, audire, addiscere cognitionemque rerum aut occultarum aut admirabilium ad beate vivendum necessariam ducimus. Ex quo intellegitur, quod verum, simplex sincerumque sit, id esse naturae hominis aptissimum. Huic veri videndi cupiditati adiuncta est

1 que om. Bp sint Zp sunt c ad vivendum Zcp<sup>2</sup> om. p<sup>1</sup> 5 anquirat B<sup>1</sup> VH<sup>1b</sup> acquirat B<sup>2</sup> cp inquirat H<sup>2</sup> 2 ut pastum, ut latibula cf. *Ambrosii*, I, 128 autem ω item *Man. add. cf.* 2, 59 *Thes. s.v. p.* 1578 4 procreata sint Zp 5 procreata sunt 5 procreantur c *De modo cf. Ga.* 2 p. 102 6 adest quodque del. *Mo.* 2 p. 276 *adductus cod. F, in quo ita:* quod adest quodque -/- praesens est; at *cf. de fin.* 1, 55 8 quod B<sup>1</sup>Vbcp (quō)niam (B) 5 *cf. nat. deor.* 2, 147 *fin.* 2, 45 9 earumque . . . ignorat del. *We.* p. 22 praegressus VP progressus BX intercessionem *Mu.* p. 624 11 adiungit atque del. *Mo.* 2 p. 277, post adiungit *add. disiunctas We.* p. 23 13 § 12 et 13 inter se transposuit *Ri.* p. 380 vi Bpc ut Vb *cf. leg.* 1, 21 rationis vi 5 eademque ratio *We.* p. 23 (*cf. de fin.* 2, 45); at *cf.* 4, 14 et *Leo misc. Cic.* 1892 p. 17 14 ingeneratque . . . procreati sunt del. *cum Facciolato Bai* 16 cetus hominum c celebrationes . . . a(b) se obiri Z(c) celebrari inter se et obediri p 22 avemus B (*sed u corr. coepta est in b deinde iterum v superscr.*) p<sup>2</sup> habemus Vbcp<sup>1</sup> *cf. de fin.* 2, 46 23 addiscere Vbc (B *corr. ex addiscere*) ac discere p cognitionemque Zc et cognitionem p 24 Ex . . . aptissimum del. *We.* p. 24 26 uero 5 videndi bX in B *postr. lit.* (i?) in *ras.* videndo V videndi veri F unde del. *Mo.* 1

appetitio quaedam principatus, ut nemini parere animus bene informatus a natura velit nisi praecipienti aut docenti aut utilitatis causa iuste et legitime imperanti; ex quo magnitudo animi existit humanarumque rerum contemptio. (14) Nec vero illa parva vis naturae est rationisque, quod unum hoc animal sentit, quid sit ordo, quid sit quod deceat, in factis dictisque qui modus. Itaque eorum ipsorum, quae aspectu sentiuntur, nullum aliud animal pulchritudinem, venustatem, convenientiam partium sentit; quam similitudinem natura ratioque ab oculis ad animum transferens multo etiam magis pulchritudinem, constantiam, ordinem in consiliis factisque conservandam putat cavetque ne quid indecore effeminateve faciat, tum in omnibus et opinionibus et factis ne quid libidinese aut faciat aut cogitet. Quibus ex rebus conflatur et efficitur id, quod quaerimus, honestum, quod etiamsi nobilitatum non sit, tamen honestum sit, quodque vere dicimus, etiamsi a nullo laudetur, natura esse laudabile.

99 — CICERO, De Offic. I, 3, 9; ed. C. Atzert, 5; v. L. 90; F. 1.

Triplex igitur est, ut Panaetio videtur, consilii capiendi deliberatio. Nam aut honestumne factu sit an turpe dubitant id, quod in deliberationem cadit; in quo considerando saepe animi in contrarias sententias distrahuntur. Tum autem aut anquirunt aut consultant ad vitae commoditatem iucunditatemque, ad facultates rerum atque copias, ad opes, ad potentiam, quibus et se possint iuvare et suos, conducatur id necne, de quo deliberant; quae deliberatio omnis in rationem utilitatis cadit. Tertium dubitandi genus est, cum pugnare videtur cum honesto id, quod videtur esse utile. Cum enim utilitas ad se rapere, honestas contra revocare ad se videtur, fit ut distrahatur in deliberando animus afferatque ancipitem curam cogitandi.

2 praecipienti del. *Haupt et Go.* 1 p. 13 praecipienti aut docenti del. *Halm., utrumque defendit Mu.* p. 123 3 existit Zp consistit c 4 contemptio B<sup>2</sup>Pc *edd. contentio B<sup>1</sup>Vp* 5 quid sit ordo om. p. quid sit quod . . . dictisque del. *We.* p. 25 8 venustatem pulchritudinem 5 10 constantiam ordinem del. *We.* p. 25 11 conservandam ω conservanda *Bai. cf. Le.* p. 23 12 effeminateve Zc effeminateque p 5 faciat . . factis del. *We.* p. 25 13 cogitet ω dicat *We.* p. 25 19 aut VX aut B om. P 5 *cf. Md.* p. 795 *Sch.* p. 55 sit an Z sit aut X 21 anquirunt B<sup>1</sup>VH<sup>1</sup>P<sup>1</sup> inquirunt B<sup>2</sup>H<sup>2</sup>P<sup>2</sup>cp *cf.* 4, 11 22 et ad facultates p *cf.* II, 1, 1 et II, 3, 9 23 possint Zc possent p 5 27 revocare *cf. Arn.* 3, 208 28 post afferatque in c iterum in deliberando. In P *ibidem ras. sex septemve lit. et nota*, in *marg. m. pr.* in diuidendo quid

100 — CICERO, De Offic. III, 4, 18; ed. C. Atzert, 117-118; v. L. 110; F. 4.

Qui autem omnia metiuntur emolumentis et commodis neque ea volunt praeponderari honestate, ii solent in deliberando honestum cum eo, quod utile putant, comparare, boni viri non solent. Itaque existimo Panaetium, cum dixerit homines solere in hac comparatione dubitare, hoc ipsum sensisse, quod dixerit solere modo, non etiam oportere. Etenim non modo pluris putare, quod utile videatur quam quod honestum sit, sed etiam haec inter se comparare et in his addubitare turpissimum est.

101 — CICERO, De Offic. III, 3, 12-13; ed. C. Atzert, 115-116.

Quodsi is esset Panaetius, qui virtutem propterea colendam diceret, quod ea efficiens utilitatis esset, ut ii, qui res expetendas vel voluptate vel indolentia metiuntur, liceret ei dicere utilitatem aliquando cum honestate pugnare. Sed cum sit is, qui id solum bonum iudicet, quod honestum sit, quae autem huic repugnet specie quadam utilitatis, eorum neque accessione meliorem vitam fieri nec decessione peiorem, non videtur debuisse eiusmodi deliberationem introducere, in qua quod utile videretur cum eo, quod honestum est, compararetur. (13) Etenim quod summum bonum a Stoicis dicitur, convenienter naturae vivere, id habet hanc, ut opinor, sententiam, cum virtute congruere semper, cetera autem, quae secundum naturam essent, ita legere, si ea virtuti non repugnarent.

102 — CICERO, De Offic. III, 7, 34-8, 35; ed. C. Atzert, 124; v. L. 104; F. 5.

Ac primum in hoc Panaetius defendendus est, quod non utilia cum honestis pugnare aliquando posse dixerit — neque enim ei fas erat — sed ea quae viderentur utilia. Nihil vero utile, quod non idem honestum, nihil honestum, quod non idem utile sit, saepe testatur negatque ullam pestem maiorem in vitam hominum invasisse quam eorum opinionem, qui ista distraxerint. Itaque non

7 quod dixerit *del. Ky. p. 126* 9 sit cp *om. Z* Vix recte Z defendit *Mu. p. 31 cf. 4, 20 et 3, 15* 13 ea Zc est (*om. esset*) p ut ... metiuntur *Non. 128, 6* rem expetendam *Non.* 14 indolentia Zp indigentia c S ei Z hi(j)s (c)p 15 tum (*sic!*) sit ... utilitatis *Non. 386, 33* qui id solum ω quia his *Non.* 16 sit *om. Non.* 18 fieri *om.* V nec Zp neque c 20 est Z esset cp *fortasse neutrum genuinum cf. 4, 18* 22 sententiam naturam cum cp cetera ... repugnare <nt diligentius intendentes invenimus> *Non. 332, 30* 27 utilia Zc utile p

ut aliquando anteponeamus honestis, sed ut ea sine errore diiudicarem, si quando incidissent, induxit eam, quae videretur esse, non quae esset, repugnantiam. Hanc igitur partem relictam explebimus nullis adminiculis, sed, ut dicitur, Marte nostro. Neque enim quicquam est de hac parte post Panaetium explicatum, quod quidem mihi probaretur, de iis quae in manus meas venerint.

8 (35) Cum igitur aliqua species utilitatis obiecta est, commoveri necesse est. Sed si, cum animum attenderis, turpitudinem videas adiunctam ei rei, quae speciem utilitatis attulerit, tum non utilitas relinquenda est, sed intellegendum, ubi turpitudinis sit, ibi utilitatem esse non posse. Quod si nihil est tam contra naturam quam turpitudinis — recta enim et convenientia et constantia natura desiderat aspernaturque contraria — nihilque tam secundum naturam quam utilitas, certe in eadem re utilitas et turpitudinis esse non potest.

103 — CICERO, De Offic. I, 5, 15-17; ed. C. Atzert, 8-9.

Sed omne, quod est honestum, id quattuor partium oritur ex aliqua. Aut enim in perspicientia veri sollertiaque versatur aut in hominum societate tuenda tribuendoque suum cuique et rerum contractarum fide aut in animi excelsi atque invicti magnitudine ac robore aut in omnium, quae fiunt quaeque dicuntur ordine et modo, in quo inest modestia et temperantia. Quae quattuor quamquam inter se colligata atque implicata sunt, tamen ex singulis certa officiorum genera nascuntur, velut ex ea parte, quae prima descripta est, in qua sapientiam et prudentiam ponimus, inest indagatio atque inventio veri, eiusque virtutis hoc munus est proprium. (16) Ut enim quisque maxime perspicit, quid in re quaque verissimum sit quique acutissime et celerrime potest et videre et explicare rationem, is prudentissimus et sapientissimus rite haberi solet. Quocirca huic quasi materia, quam tractet et in qua versetur, subiecta est veritas. (17) Reliquis autem tribus virtutibus necessi-

1 eam (*scil. repugnantiam*) Ung 2 incidisset S Ung 6 venerint Z venerunt p *Man. cf. Pl. nat. deor. 1, 92* 8 sed ... adiunctam *Non. 238, 5* sed ω et *Non.* si *om. p* 9 adiunctam videas p 10 requirenda p 14 utilitas et cp S utili Z S cf. 4, 17 16 est *om. B<sup>1</sup> supra v B<sup>2</sup> (= est)* 18 tribuendo quod suum est cuique p *cf. de fin. 5, 65* 19 atque invicti Zc invictique p 21 in quo ... temperantia *del. We. p. 20* in quo vis est modestiae et temperantiae p 22 implicita p (*de re cf. de fin. 5, 67 Ar. III 296*) 24 inest *del. We. p. 20* in <de> est *Go.<sup>2</sup> p. 7* 25 eiusque ... proprium *del. We. pag. 20. at cf. part. or. 76* 28 inter sapientissim' et rite duae tresve lit. eras. in B solet haberi S 29 quasi materia *cf. Ar. III 301*



tates propositae sunt ad eas res parandas tuendasque, quibus actio vitae continetur, ut et societas hominum coniunctioque servetur et animi excellentia magnitudoque cum in augendis opibus utilitatibusque et sibi et suis comparandis, tum multo magis in his ipsis despicendis eluceat. Ordo autem et constantia et moderatio et ea, quae sunt his similia, versantur in eo genere ad quod est adhibenda actio quaedam, non solum mentis agitatio. Is enim rebus, quae tractantur in vita, modum quendam et ordinem adhibentes, honestatem et decus conservabimus.

10 **104** — CICERO, De Offic. I, 6, 18-19; ed. C. Atzert, 9.

Ex quattuor autem locis, in quos honesti naturam vimque divisimus, primus ille, qui in veri cognitione consistit, maxime naturam attingit humanam. Omnes enim trahimur et ducimur ad cognitionis et scientiae cupiditatem, in qua excellere pulchrum putamus, labi autem, errare, nescire, decipi et malum et turpe dicimus. In hoc genere et naturali et honesto duo vitia vitanda sunt, unum, ne incognita pro cognitis habeamus hisque temere assentiamur, quod vitium effugere qui volet — omnes autem velle debent — adhibebit ad considerandas res et tempus et diligentiam. (19) Alterum est vitium quod quidam nimis magnum studium multamque operam in res obscuras atque difficiles conferunt eademque non necessarias.

**105** — CICERO, De Offic. I, 7, 20; ed. C. Atzert, 10.

De tribus autem reliquis (sc. officii fontibus) latissime patet ea ratio, qua societas hominum inter ipsos et vitae quasi communitas continetur; cuius partes duae: iustitia, in qua virtutis splendor est maximus, ex qua viri boni nominantur, et huic coniuncta beneficentia, quam eandem vel benignitatem vel liberalitatem appellari licet. Sed iustitiae primum munus est, ut ne cui quis noceat, nisi

2 cf. de fin. 5, 65 3 post magnitudoque c repetit servetur cum B<sup>1</sup>Vbptum B<sup>2</sup>c 4 in iis b 5 autem ω item cum Pearcio edd. plevique. Totum loc. a Madv. praef. p. LXIV castigatum bene defendit Iv. I p. 20, quem laudat Atzert etiam propter Weidneri (p. 21) conamina 6 in eo <dem> Go.<sup>2</sup> p. 9 7 rebus om. c 9 observabimus S 11 honesti Zc honestatis p 13 attingit B<sup>2</sup>Vbc attigit B<sup>1</sup>p contingit K 15 dicimus ZpK ducimus c putamus et dicimus S neutrum probat Mo.<sup>2</sup> p. 277, vult subaudiri putamus ft. recte. Cf. Hild. Cen. c. 6 malum et turpe putamus in hoc . . . assentiamur libere Ambr. I, 123 17 assentiamur Z assentiam' (us) cp cf. Pa. p. 116 18 debent Zp debebunt c cf. 3, 23 19 res. om. B<sup>1</sup> est om. p 25 duae sunt cp cf. Popp. II p. 20 est splendor P Ambr. I, 136 magnus itaque iustitiae splendor 26 boni viri S coniuncta est X beneficentia ω de re vide Ambr. I, 130 28 iustitiae . . . iniuria Ambr. I, 131

laccessitus iniuria, deinde ut communibus pro communibus utatur, privatis ut suis.

**106** — CICERO, De Offic. I, 20, 66-67; ed. C. Atzert, 30.

Omnino fortis animus et magnus duabus rebus maxime cernitur, quarum una in rerum externarum despicientia ponitur, cum persuasum sit nihil hominem nisi quod honestum decorumque sit aut admirari aut optare aut expetere oportere, nullique neque homini neque perturbationi animi nec fortunae succumbere. Altera est res, ut cum ita sis affectus animo, ut supra dixi, res geras magnas illas quidem et maxime utiles, sed ut vehementer arduas plenasque laborum et periculorum cum vitae, tum multarum rerum, quae ad vitam pertinent. (67) Harum rerum duarum splendor omnis, amplitudo, addo etiam utilitatem, in posteriore est, causa autem et ratio efficiens magnos viros in priore.

**107** — CICERO, De Offic. I, 27, 93-28, 101; ed. C. Atzert, 42-45.

Sequitur ut de una reliqua parte honestatis dicendum sit, in qua verecundia et quasi quidam ornatus vitae, temperantia et modestia omnisque sedatio perturbationum animi et rerum modus cernitur. Hoc loco continetur id, quod dici Latine decorum potest, Graece enim *πρέπον* dicitur [decorum]. (94) Huius vis ea est, ut ab honesto non queat separari; nam et quod decet honestum est et quod honestum est decet. Qualis autem differentia sit honesti et decori, facilius intellegi quam explanari potest. Quicquid est enim, quod deceat, id tum apparet, cum antegressa est honestas. Itaque non solum in hac parte honestatis, de qua hoc loco disserendum est, sed etiam in tribus superioribus quid deceat apparet. Nam et ratione uti atque oratione prudenter et agere quod agas considerate omnique in re quid sit veri videre et tueri decet, contraque falli, errare, labi, decipi tam dedecet quam delirare et mente esse captum;

